QK98
.W65
1816

D. CAROLI LUDOVICI WILLDENOW

BOT. ET HIST. NATUR. PROF. PUBL. ORD.

HORTUS BEROLINENSIS,

SIVE

ICONES ET DESCRIPTIONES,

PLANTARUM RARIORUM VEL MINUS COGNITARUM,

QUAE IN

HORTO REGIO BOTANICO BEROLINENSI

EXCOLUNTUR.

CUM TABULIS CX AENEIS COLORATIS.

BEROLINI, MDCCCXVI.

IMPENSIS FR. SCHÜPPEL.

PATRI PATRIAE

FRIDERICO WILHELMO III.

BORUSSORUM REGI, MARCHIONI BRANDENBURGICO, S. ROMANI IMPERII

ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI, SUPREMO SILESIAE DUCI

ETC. ETC. ETC.

DOMINO SUO

LONGE CLEMENTISSIMO

HUNC HORTUM SUB AUSPICIIS SUIS FLORENTEM

SUBMISSE OFFERT

DEVOTISSIMUS CULTOR

C. L. WILLDENOW.

PRAEFATIO.

Hortus botanicus regio-academicus, cujus brevem historiam tractaturus sum, ante portam Postampiensem ad pagum Schoeneberg situs, dimidiam leucam ab urbe abest. Planities ejus viginti sex jugera magdeburgica (vulgo Magdeburger Morgen) et triginta duodecempedas quadratas complectitur, muroque novem pedes alto est circumdatus.

Circa medium seculum decimum septimum erat campus sepimento ligneo cinctus culturae lupuli destinatus. Lupulus officinis cerevisiariis Principis Electoris inserviebat, nec in lato hocce campo ulla alia planta hortensis erat obvia. Elector magnus *Friedericus Wilhelmus* partis victoriis, anno 1679 redux, horticulturae et botanices amator, campum hunc, lupuli cultura hactenus dicatum, in hortum mutavit, et ipsa manu arbores frugiferas, olera ante minus cognita, exoticaque vegetabilia plantavit, atque hortulano *Michelmann*, in Holsatia nato, hortum excolendum tradidit. Legati fere omnes, ex diversis Europae regionibus, seminibus hortum ditarunt, eique floribus exornando omnem operam navabant.

Friedericus primus Rex Borussiae, qui cum germanis suis aestate in horto dicto, durante juvenili aetate, saepius versatus erat, horticulturam haud neglexit, sumptibus propriis filium hortulani *Michelmann* per Belgas, Anglos, et Gallos peregrinari jussit, et tandem mortuo patre hortulanum eum constituit, frigidaria et caldaria exstrui curavit, et hortum oleraceum in aulicum mutavit, in cujus frigidariis arbores exoticae reliquorum Regis hortorum, ut Lauri, Citri etc. durante hyeme asservabantur. Jam hoc tempore vegetabilia rara hortum exornabant, inter quae numeranda: Dracaena Draco, Laurus Camphora, Chamaerops humilis, Royena lucida, Pistacia Terebinthus, Lentiscus et bene multa alia; ex quibus tantum Chamaerops humilis trunco 20-pedali, Royena, Pistaciae dictae, quae in horto ad eximiam altitudinem excreverunt, adsunt. Dracaena Draco enim 30 pedes alta putredine corrupta periit anno 1800, et Camphorifera arbor ejusdem altitudinis anno 1798.

Celebris *Gundelsheimer*, archiater Friederici primi et a consiliis regi intimis, in itineribus magni Tournefortii comes, cum reditus horti plantis colendis haud sufficerent, sumptibus suis ipsius horti culturam suscepit, ex variis Europae regionibus semina adferenda curavit et ab ipso Tournefortio plura vegetabilia rariora accepit, quibus hortum auxit; sed proh dolor! occupatus hisce negotiis in scientiae detrimentum diem obiit supremum, et hortus ante bene curatus, omnis auxilii indigebat.

Friedericus Wilhelmus I. hortum Societati regiae dono dedit, quae vero impensis amplis ad horti culturam necessariis suppeditandis non erat, plantas solummodo officinales in usum pharmacopolae aulici excolendas jussit, et hortulanus Michelmann, homo aetatis suae satis eruditus, rariora tantum vegetabilia ab interitu tueri, nec vero novis adaugere poterat.

Clariss. *Ludolff*, primus Collegii medico-chirurgici Botanices Professor, catalogum nobis reliquit, ex quo horti status atque numerus plantarum abunde apparet, ipse quantum sumptibus nullis factis potuit, earum numerum multiplicavit, quod juvante Michelmanno facile erat, sed sub sequentibus hortulanis duobus *Müllеris* patre et filio cultura rariorum plantarum, quum plantarum amor illis nullus esset, neglecta jacebat.

Anno 1744 *Friederico II* rege, defuncto Celeb. Ludolff, Clariss. *Gleditsch* Director horti est factus, quo autore Societas litteraria, a Rege jam titulo Academiae scientiarum adornata, pluribusque reditibus donata, horto sumptibus suis splendorem amissum denuo conciliavit, licet hortulanus uterque Müllerus culturae plantarum expers esset, fiebat, ut quae Gleditschius omni solertia procuraverat, ea ob eorum imperitiam negligerentur. Cum inter arma litterae sileant, id quod in hortum nostrum cadit, etiam ejusdem durante bello septenni ab hostibus sepimenta, frigidaria et caldaria destructa erant, atque cultura penitus cessabat, accedebat eodem vere aquarum vernalium magna inundatio, internecans reliqua vegetabilia, hortumque fere nudum relinquens. Bello jam composito, jussu Regis muro hortus cingebatur, caldaria et frigidaria denuo exstruebantur, novisque plantis una cum paucis ex invasione hostium relictis, exornabatur, et Gleditschius horti tristem faciem in hilarem mutavit. Gleditschius augendi numeri plantarum nunquam non studiosissimus ab homine quodam, cujus nomen tritum illud: de mortuis nil nisi bene, hic tacere me jubet, cui facilis ad omnes maecenates aditus, jubebatur plantas regionum calidissimarum coelo nostro assuefacere et sub dio colere, ille probe intuens se incassum laborare, omnem horti curam abjecit. Coffea arabica, Musa paradisiaca etc. coeli nostri impatientes aestate liberae terrae mandabantur, sed brevi spatio interibant. Tandem frigidaria et caldaria obliquis fenestris instructa; destruebantur et eorum loco frigidaria solummodo fenestris parvis erectis aedificabantur. Non mirum igitur plantarum numerum sub his cultoribus

magnopere comminutum esse. Vegetabilibus exoticis duo jugera magdeburgica et unum fruticibus peregrinis sub dio vegentibus erant destinata, reliqua horti major pars hortulano in usum vocanda tradebatur, qui tertiam partem tuberibus Solani tuberosi, aliisque oleribus conserebat, reliquam vero plantis sua sponte provenientibus committebat. Horti ita instructi cura mihi, qua de re paullo inferius paucis dicturus sum, commendabatur.

Post Gleditschii obitum anno 1786 hortus *Mayero*, Botanices Professori, regi a consiliis intimis, Gleditschii successori, tradebatur. Paucis annis ante, *Stiel* quidam, hortulanus factus est, plantarum proventus haud incuriosus. Mayerus praxi medica multisque aliis negotiis impeditus, horti statum non mutavit, et hortulanus Stiel, omni tempore quo Mayerus horto praefuit, semper aegrotans, numerum plantarum augendarum curam omisit. Mirum igitur nemini videre debet, plantarum numerum quotannis decrevisse.

Haec erat horti conditio cum aestate anni 1801 ejus dirigendi provincia mihi traderetur. Stielio vita excedente *Seidelio*, hortulani aulici Dresdensis filio, horti curam mandavi, eodemque tempore Vir Clarissimus Nobilissimus *de Borgstede*, ab intimis regi redituum consiliis, director Academiae scientiarum, sumptus ad hortum botanicum rite colendum assignavit, quo facto intra breve temporis spatium caldarium 32 pedes longum construebatur, sepes vivae ex ulmo carpino et quercu circum areas horti ductae securi cedebantur, et totus hortus, exceptis duobus jugeribus magdeburgicis in extimo angulo sitis, quorum alterum hortulano usui tradebatur, alterum arboreto relinquebatur, plantis exoticis dicabatur. Semina, numerosa vegetabilia viva ab amicis meis, quorum benignitati publice hic gratias habeo, accepi, ut jam sequenti anno, vegetabilium numerus valde auctus esset. Anno 1802 et 1803 exstruebantur: caldarium 72 et frigidarium novum 50 pedum, frigidarium aliud male locatum ad aptiorem locum transferebatur. Sic facies totius horti intra breve tempus longe alia facta. Frigidaria vero vetera, minoris omnino pretii, plane oneri sunt, spem tamen alimus fore ut haec cum melioribus Regis nostri gratia aliquando commutentur.

Plantae exoticae horti, inclusis spontaneis, numerum 1200 specierum, cum cura horti mihi traderetur, non excedebant, sed nunc jam ultra 6000 species alo ex diversis terrae plagis, inter quas raritate eminent: Pandani 2 species, Passiflorae, Ficus, Justiciae, Piperis, Cassiae, Mimosae, Ari, Caladii, Cestri, Ericae, Proteae, Leptospermi, Metrosideri, Melaleucae, Casuarinae, Banksiae etc. bene multae species, Strelitzia reginae, Filices calidarum regionum plures, ut taceam numerosa vegetabilia, quorum nomina,

catalogus quem editurus sum, exhibebit, nil dicam de plantis sub dio vegentibus, quarum numerus haud parvus.

Solum praecipuum est leve, sabulo et humo mistum, sed etiam sabulum humo et argilla mixtum nec non terra paludosa occurrit. Artificiosa hortulani manu terra horti pro vegetabilium natura, vel lapidibus, vel argilla, vel terra lignosa etc. mista est, sic etiam vegetabilia umbram, loca aprica, aquam, paludesque amantia, locum incolunt, natura sibi in patria attributum. Quam normam etiam in plantis frigidarii et caldarii sequimur, hinc non mirum vegetabilia nostra laete crescere nec faciem mutare. Miscela specierum et plantarum hybridarnm ortus eadem methodo impeditur. Hinc integro horto, non horti botanici vulgaris, sed sic dicti anglici, est facies, et plantarum studiosi vegetabilia iis locis quasi sua sponte provenire credunt. Solum cuivis plantae a natura destinatum ad eam conservandam plurimum conferre, extra dubitationis aleam est positum, quod exemplo unico illustrabo: Cistus enim Fumana in solo nostro hyeme perit, sed in loco argilla lapidibusque calcareis misto laete vegetat, omne frigus tolerans.

Usque ad finem anni praeteriti hortulanus Seidel horto praefuit, sed agriculturam praeferens, sibi praedium coemit et ejus loco alium hortulanum, *Otto* nominatum, elegi, virum in plantis colendis versatissimum, a quo progressus majores, ob studium et amorem quo rem tractat, sperare licet.

Horti pristini faciem adjecta tabula *) obumbravi, sed statum qualis nunc est in alterius tomi calce, cum multa mutare in animo haberem, exhibebo.

Dabam Berolini,
die 8. Aprilis
1806.

C. L. Willdenow.

---

*) Explicatio ichnographiae horti pristini. A. aula. B. domus hortulani. C. frigidaria. D. lignile. E. areae ad plantas perennes exoticas. F. apricarium ligneum parvum ad plantas annuas exoticas destinatum. G. apiarium. H. area ad plantas oleraceas. I. arbores exoticae. K. lacus exsiccatus. L. fossae exsiccatae. M. moricetum. N. loca deserta alno aliisque plantis spontaneis obsita. O. loca caespitosa inculta. P. introitus in hortum.

Via ad agrum

Via a pulvere Schoenebergi Berolinum tendens

Mensura 50 Duodecempedarum

40. 30. 20. 10. 5.

10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.

EPILOGUS.

Willdenowio, viro celeberrimo, praematura morte Botanices studio, scientiis in genere, amicisque erepto, finis huic operi imponendus erat. Apparuere ob belli tumultus novem tantum fasciculi, quorum sex priorem tomum, tres vero secundi tomi dimidiam partem constituebant. Nunc vero ut integrum opus Lectoribus offerat Bibliopola, omnes fasciculos in unicum volumen collegit, nec non ichnographiam horti, qualis nunc est, [Tab. B.] a Willdenowio promissam, addidit. Quodsi aliud opus, Horti Berolinensis nomine, edere visum fuerit, id quidem alia forma, paullumque mutatum in lucem prodibit.

In Praefatione hujus operis Horti botanici Berolinensis Historiam Auctor ad annum usque 1806 enarravit. Incredibile est, quantum vir celeberrimus ardenti studio, nec non comitate, qua insignis erat, in Horto exornando atque augendo profecerit. Ante ipsum caldaria aderant in Horto pauca, male constructa, in quibus plantae tropicae coli non poterant, ipso dirigente, vetera caldaria sensim destructa, horumque loca decem nova exstructa sunt. Cum hortus ipsi anno 1801 traderetur, 1200 plantarum species inclusis spontaneis continebat, in Enumeratione plantarum horti, anno 1809 edita, 6551 species brevi descriptione consignatas recensuit. Cui accedunt species 1350 in Supplemento Enumerationis, opere posthumo, anno 1813 a viro illustri a Schlechtendahl edito recensitae, ita ut numerus specierum, eo tempore, quo Willdenowius mortuus est, inter 7 — 8000 censendus sit. Pauci sane existunt horti botanici, qui tanta plantarum copia gloriari possunt. Id vero maxime mirandum est, calamitatibus annorum 1806 et 1807, nec non eo statu, ad quem regnum Borussicum, usque ad annum 1814 reductum sit, nec Hortum botanicum, nec aliud Institutum litterarium, ut dicere solent, aliquid detrimenti cepisse, sed hac tempestate Universitatem Berolinensem fundatam, Francofurtanam vero maxime auctam Vratislawiam translatam esse. Tantus erat amor scientiarum, omniumque bonorum studiorum, tam *Potentissimi Regis*, quam *Eorum* qui hujusmodi praeessent Institutis litterariis. Non credent posteri, tunc temporis ea incepta esse in regno Borus-

sico, quae nunc fere perfecta videmus. Annuit *Deus Optimus, Maximus* rebus borussicis; prodiit e calamitatibus Regnum Borussicum auctum, plaudente tota fere Europa, extollit inter urbes Berolinum gloriosum caput, Spartam virtutis splendore, Athenas ingeniorum acumine referens.

Enarravit vir illustris a Schlechtendahl in Supplemento Enumerationis plantarum Horti Berolinensis supra dicto, fata Horti botanici ad annum usque 1813, grandinis dirae effectus aestatis anni 1809, quae tamen numerum specierum in Horto cultarum non minuit, inprimis cum *Regis* munificentia, quidquid detrimenti in caldariis frigidariisque factum fuerit, statim restitueretur. Enarravit quoque mortem praematuram Willdenowii anni 1812 d. 10 Julii, quo Hortum, cujus Restaurator dicendus erat, orbum reliquit. Cura Horti, dum novus in Willdenowii locum substitueretur Director, Lichtensteinio, Professori Zoologiae celeberrimo tradita est, cujus opera, nec non sedulo studio Hortulani Otto, nunc Inspectoris Horti, factum est, ut non solum plantae in horto pro maxima parte integrae conservarentur, sed quoque aliae novae adderentur, quibus nunc Hortus superbit.

Arbores fere omnes, quas Willdenowius in Praefatione hujus operis indicavit, utpote a Friderici primi Regis Borussiae temporibus in Horto cultas, Chamaerops humilis, Pistacia Terebinthus, P. Lentiscus, et nunc quoque sanae in Horto supersunt. Royena lucida sola, Willdenowio adhuc vivente, periit. Detrimentum, quod Hortus accepit initio anni 1813, cum Galli, Berolinum tunc temporis tenentes, a Russis infestarentur, ejusmodi erat, ut nulla inde species periret. Evasit Hortus cum tota Urbe salvus e bello felici anni 1813. Cura Illustrissimi Viri ab Altenstein, post bellum anni 1815 Parisiis degentis, Hortus multis speciebus ditatus est, ita ut nunc caldaria numerum plantarum non capiant. Speramus vero ac confidemus, *Regia munificentia* caldarium novum, quo Hortus indiget, hacce aestate exstructum iri.

Superest ut Hortum Botanices Fautoribus atque amicis, cum ejus dirigendi munus mihi nunc traditum sit, magnopere commendem.

Berolini,
d. 4. Aprilis 1816.

H. F. Link.

Explicatio Tabulae B.

a. Caldaria, tepidaria, frigidaria. — b. Vaporaria. — c. Domus Hortulani. — d. Stabula etc. — e. Areae plantarum perennium. — f. Areae biennium et annuarum. — g. Fossa plantis aquaticis colendis apta. — h. Locus, quo plantae hyeme in tepidariis et frigidariis colendae, aestate reponuntur. — i. Pratum paludosum, plantis palustribus colendis inserviens. — k. Arborum plantarium. — l. Arbusta ex arboribus, tam exoticis quam indigenis. — m. Prata floribus aestate exornanda. — n. Area ante hortum, domumque. — o. Locus, quo humi variae species praeparantur. — p. Fossae.

Tab: B.

Via a pago Schevenberg Berolinum tendens

Mensura 50 Duodecempedarum

F. Guimpel. fec:

INDEX

plantarum in opere descriptarum depictarumque.

Acacia glaucescens CI.
Acrostichum Calomelanos XLI.
Agrostis tenuiflora XII.
Alchemilla pubescens LXXIX.
Ammannia aegyptiaca VI.
— — auriculata VII.
Anemone thalictroides XLIV.
Anthemis rigescens LXII.
Asclepias angustifolia CIV.
— — parviflora CIII.
Aspalathus hispida LXIV.
Aster humilis LXVII.
Astragalus reptans LXXXVIII.
Borbonia alata XLVIII.
Caldasia heterophylla LXXI.
Calycanthus laevigatus LXXX.
Centaurea Fischeri XCVII.
— — pubescens XLII.
— — straminea XXVI.
Chaerophyllum maculatum CVII.
Chrysanthemum arcticum XXXIII.
Cleome pungens XVIII.
Cluytia alaternoides L.
— — daphnoides LII.
— — polygonoides LI.
Commelina pallida LXXXVII.
Convallaria pubescens XLV.
Cypripedium pubescens XIII.
Dalea bicolor LXXXIX.
Dichondra argentea LXXXI.
Erigeron delphinifolium XC.
Eupatorium teucrifolium XXXII.
Festuca unioloides III.
Ficus venosa XXXVI.
Franseria artemisioides II.
Galium triflorum LXVI.
Georgina coccinea XCVI.
— — variabilis lilacina XCIV.
— — — — pallida XCV.
— — — — purpurea XCIII.
Geum intermedium LXIX.
Gorteria heterophylla XCVIII.
Helianthus macrophyllus LXX.
Hemionitis dealbata XL.
Heracleum gummiferum LIII. LIV.
Hieracium laevigatum XVI.
— — nigrescens X.
Hudsonia ericoides XV.
Hydroglossum japonicum LXXXIV.
Hypecoum patens V.
Hypochoeris hispida XLVI.
Ilex Cassine XXXI.
Kochia dentata XXVIII.
Leontodon obovatus XLVII.
Lepechinia clinopodifolia XXI.
— — — spicata XXI.
Lobelia fulgens LXXXV.
— — goodenioides XXX.
— — splendens LXXXVI.
Maurandia antirrhiniflora LXXXIII.
Mesembryanthemum tricolor XXII.
Mollia corymbosa XI.
— — diffusa XI.
— — spadicea XI.
— — stellata XI.
— — tenuifolia XI.
Nymphaea advena XXXVIII.
— — — odorata XXXIX.
Pancratium caribaeum LXXIII.
Parthenium integrifolium IV.
Paspalum Kora LXXIV.
Pelargonium canariense XVII.

Pelargonium cynosbatifolium LXXVIII.
— — — fragrans LXXVII.
— — — inodorum XXXIV.
— — — penicillatum XXXVII.
— — — splendens LXXVI.
Plectranthus parviflorus LXV.
Prenanthes cordata XXV.
Protea polygaloides C.
Prunella pensylvanica IX.
Raphanus cheiranthiflorus XIX.
Ribes triflorum LXI.
Ricinus viridis XLIX.
Rubus laciniatus LXXXII.
Salvia Chamaedris XXIX.
— Forskälii XX.
Saxifraga intacta LXXV.
— — vernalis XLIII.
Scirpus atrovirens XCIX.
Scrophularia chrysanthemifolia LIX.
— — — lucida LVII.
Scrophularia lyrata LV.
— — — multifida LVIII.
— — — tanacetifolia LVI.
Sideritis candicans CV.
— — cretica CVI.
Silene hirta XXIII.
Sinapis integrifolia XIV.
Sisyrinchium convolutum XCI.
— — — tenuifolium XCII.
Solanum decurrens CII.
— — Humboldtii XXVII.
Stachys mollissima LX.
Statice spathulata LXIII.
Stellaria arenaria LXVIII.
Trifolium suaveolens CVIII.
Trillium pendulum XXXV.
Tripsacum monostachyum I.
Viola blanda XXIV.
— sororia LXXII.
Wurmbea bullata VIII.

TRIPSACUM. *Gen. pl. n.* 1404.

MONOECIA *Triandria.*

CHAR. ESSENT. *Masc. Cal.* Gluma biflora, flosculo exteriore masculo, interiore neutro. *Cor.* Gluma membranacea.

Fem. Cal. Gluma 1-flora, involucro tecta monophyllo, sinubus perforato. *Cor.* Gluma bivalvis. *Stigmata* 2 longissima. *Sem.* 1.

TRIPSACUM *monostachyum.*

TRIPSACUM spica simplici androgyna.

Habitat in Carolina meridionali. 4

RADIX fibrosa alba, fibris simplicibus subcarnosis crassitie fili.

CULMUS sesqui-vel bipedalis teres scabriusculus erectus.

FOLIA *radicalia* caespitosa subdisticha pedalia vel sesquipedalia, semipollicem lata, linearia acuminata scabriuscula, praesertim retrorsum trita, apicem versus laxiuscula; *culmea* ejusdem formae basi attenuata laxe erecto-dependentia, pilis raris brevissimis subtus, praesertim ad costam mediam, obsita.

VAGINAE compressiusculae versus folium parum ventricosae et pilis sparsis tectae.

LIGULA brevissima membranacea decurrens.

SPICA terminalis semipedalis solitaria simplex, inferne feminea superne mascula.

RACHIS spicae compressa flexuosa articulata, ad receptionem florum in quolibet articulo excavata.

FLORES *masculi* in apice spicae, in quolibet articulo bini, in apice et basi tantum solitarii.

CALYX *Gluma* biflora bivalvis flosculo exteriore masculo, interiore neutro; *Valvula* exteriore oblonga cartilaginea obtusa; interiore tenuiore rachi arcte adpressa acutiuscula.

COROLLA *Gluma* bivalvis membranacea lanceolata obtusa calycini gluma parum brevior.

NECTARIUM minutissimum membranaceum diphyllum.

STAMINA Floris exterioris. *Filamenta* tria capillacea calyce parum longiora. *Antherae* lineares utrinque bifidae dependentes; Floris neutri *Filamenta* tria brevissima *Antherae* nullae.

FLORES *foeminei* partem inferiorem spicae occupantes, in quolibet articulo solitarii.

INVO-

Involucrum crassum cartilagineum lanceolatum acutum basi utrinque parum retractum et foramen formans, floremque amplexans.

Calyx *Gluma* bivalvis uniflora, valvulis ovato-lanceolatis involventibus corollam.

Corolla *Gluma* bivalvis, valvulis membranaceis ovato-lanceolatis acutis involventes germen.

Nectarium minutissimum membranaceum diphyllum.

Pistillum *Germen* ovatum compressum. *Stylus* brevis. *Stigmata* bina elongata eleganter violacea plumosa.

Semen unicum calyce corollaque tectum.

Observ. I. Colitur haec sane pulcherrima Tripsaci species in caldario, propagatur divisione caespitum, et floret fine aestatis atque initio autumni, nempe ab Augusto ad Octobrim usque.

Observ. II. Differt a Tripsaco dactyloide cui simile, spica solitaria terminali, cum in nominata specie, spicae plures androgynae ad apicem culmi sint aggregatae. Tripsacum hermophroditum gaudet quidem spica simplici sed tenuiore et hermophrodita. In nostro Tripsaco quandoque e basi culmi ramus unicus exsurgit cum spica simplici at rarius, sed spicas plures aggregatas numquam observavi.

Explicatio Tabulae.

Gramen naturale magnitudine.

a) Articulus rachidis cum excavata parte pro receptione floris foeminei.

b) Superior spicae masculae pars, parum aucta, exhibens glumas calycis et corollae unacum staminibus.

c) Flos foemineus extra involucrum.

Tripsacum monostachyum.

Guinard pinx. P. Ware sculp.

II.

FRANSERIA. *Cavan. Icon.* 2. *p.* 97.

MONOECIA *Pentandria.*

CHAR. ESSENT. *Masc. Cal.* communis monophyllus dentatus. *Cor.* monopetalae tubulosae 5-dentatae. *Recept.* nudum.

Fem. Cal. polyphyllus. *Cor.* o. *Styli* 4. *Drupa* sicca quadrilocularis setosa.

FRANSERIA *artemisioides.*

FRANSERIA foliis bipinnatifido-dentatis, petiolis alatis.

Xanthium (*fruticosum*) foliis pinnatifidis laciniis incisis, caule fruticoso. *Lin. suppl.* 418.

Ambrosia arborescens. *Lamarck. encycl.* 1. *p.* 127.

Habitat in Peru. ♄.

FRUTEX quinque-vel sexpedalis erectus ramosus.

RAMI teretes juniores hirti.

FOLIA alterna petiolata pinnatifida, laciniis pinnatifidis, lobis lanceolatis dentatis, superne saturate viridia, pilis sparsis adpressis tecta, inferne pallidiora tenuissime villosa; Folia superiora minora; floralia simpliciter pinnatifida.

PETIOLI alati subdentati et lacinia foliacea una alterave subdentata instructi.

SPICA terminalis mascula, floribus pedunculatis.

GLOMERULI foeminei sessiles ad basin spicae masculae et in foliorum axillis.

FLORES masculi compositi.

CALYX communis monophyllus planus flosculis brevior, multidentatus, dentibus lanceolatis obtusis.

COROLLA *composita* uniformis tubulosa aequalis in hemisphaeriam digesta. *Propria* monopetala tubulosa quinquedentata, dentibus lanceolatis obtusis.

STAMINA *Filamenta* capillacea quinque brevissima corollae inserta. *Antherae* erectae oblongae distinctae.

PISTILLUM *Germinis* et *Styli* rudimentum.

FLORES *foeminei* infra masculos in eadem planta.

CALYX polyphyllus imbricatus, foliolis exterioribus apice planis, interioribus vero apice covolutis.

COROLLA nulla.

PISTIL-

PISTILLUM *Germina* bina connata. *Styli* quatuor filiformes. *Stigmata* simplicia.

PERICARPIUM *Drupa* sicca echinata, e calyce persistenti orta, quadrilocularis.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, propagatur taleis, quandoque seminibus, quae non semper maturescunt. Floret Augusto et Septembri.

OBSERV. II. Franseria ambrosioides a Clarissimo Cavanilles descripta differt: foliis ovato-lanceolatis cordatis dentatis, petiolis appendiculatis.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens naturale magnitudine.

a) Calyx floris masculi.

b) Flos foemineus parum auctus.

Franseria artemisioides

P. Haas fculp.

III.

FESTUCA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 119.

TRIANDRIA *Digynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* bivalvis. *Spicula* oblonga teretiuscula, glumis acuminatis.

FESTUCA *unioloides.*

FESTUCA panicula contracta, spiculis compressis octofloris muticis, foliorum vaginis apice barbatis.

Habitat in Carolina. 2?

RADIX ut in plerisque graminibus videtur perennis sed periit hyeme praeterita.

CULMUS sesqui-vel bipedalis teres erectiusculus, infra nodos sub lente adspectus pilis minutissimis reflexis adpressis conspersus.

FOLIA graminea angusta glabriuscula margine convoluta et scabriuscula.

VAGINAE margine pilis albis obsitae praecipue in foliis inferioribus, sed pilositas multo copiosior ad basin ligulae videre est.

LIGULA longa membranacea truncata.

PANICULA erecta simplicissima ramis adpressis.

SPICULAE oblongae compressae sex-vel octoflorae, valvulis calycis atque corollae acuminatis, margine membranaceis.

Reliqua Generis.

OBSERV. I. Colitur sub diu, regeneratur facile satione. Floret Julio et Augusto.

OBSERV. II. Sub nonime Uniolae novae e Carolina, semina accepi, sed ab omnibus mihi notis Uniolis calyce differt, qui bivalvis Festucae. Gramen speciosum distinctissimum.

Festuca unioloides

PARTHENIUM. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1428.

SYNGENESIA *necessaria.*

CHAR. ESSENT. *Recept.* paleaceum planum. *Cal. com.* pentaphyllus. *Sem.* obovata subnuda.

PARTHENIUM *integrifolium.*

PARTHENIUM foliis indivisis oblongis dentatis.

P. foliis ovatis crenatis. *Lin. hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 147.

Partheniastrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.

Habitat in Virginia. 4.

RADIX perennis, fibrosa ramosa.

CAULIS bipedalis simplex glaber teres levissime sulcatus foliosus erectus.

FOLIA radicalia petiolata tri-vel quadripollicaria erecto-patentia oblonga acuta, superne saturate viridia glabra, inferne pallidiora scabra rugoso-venosa, margine inaequaliter dentata; caulina inferiora supetiolata, superiora et summa sessilia lanceolata subamplexicaulia dentata.

CORYMBUS terminalis fastigiatus; pedunculis partialibus et propriis pubescentibus.

CALYX *communis*, pentaphyllus, foliolis imbricatis, tribus exterioribus oblongo-lanceolatis, binis interioribus membranaceis subrotundis.

COROLLA *communis* composita radiata. *Corollulae* hermaphroditae plures in disco; foemineae quinque in radio.

Propria Hermaphroditis tubulosa infundibuliformis externe villosa quinquedentata, dentibus ovatis.

Foeminis ligulata obovata plana emarginata basi subtubulosa.

STAMINA Hermaphroditis. *Filamenta* quinque capillacea. *Antherae* lineares cohaerentes in tubum.

PISTILLUM Hermaphroditis. *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis staminibus brevior. *Stigma* nullum.

Foeminis *Germen* obovatum superne villosum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum.

SEMINA Hermaphroditis nulla; Foeminis obovata superne villosa.

RECEPTACULUM planum paleaceum; paleis hermaphroditis oblongis acutis membranaceis; foemineis obovatis obtusis.

OBSERV. I. Colitur in Caldario, propagatur divisione radicis, semina enim perfecta perquam difficile germinant. Floret aestate Julio et Augusto.

OBSERV.

Observ. II. Parthenii genus a Linnaeo in Classe Monoecia est positum, sed revera ad Syngenesiam necessariam pertinet. Argyrochaeta Clariss. Cavanilles. (vid. Icon. plant. rar. 4. p. 54.) est altera Parthenii species, a Linnaeo Hysterophorus dicta. Discrepat haec praeter foliorum formam et durationem adhuc, corollulis quadrifidis, alulis binis in apice seminis foeminei floris. Notae hae minus essentiales haud sufficere videntur ad formandum genus plane novum.

Explicatio Tabulae.

Planta florens magnitudine naturali.

a) Flos hermaphroditus disci.

b) Flos foemineus radii.

c) Corolla hermaphroditi palea involuta.

d) Palea floris foeminei.

Omnes florum partes magnitudine aucta sunt delineatae.

Parthenium integrifolium.

V.

HYPECOUM. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 228.

TETRANDRIA *Digynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* diphyllus. *Cor.* 4-petala, inaequalis. *Siliqua* articulata.

HYPECOUM *patens.*

HYPECOUM siliquis arcuatis teretibus articulatis, petalis binis majoribus obtuse trilobis.

Habitat in Aegypto. ⊙.

RADIX simplex filiformis perpendicularis apice fibrillosa.

FOLIA radicalia copiosa glauco-viridia pinnata, pinnulis simplicibus, trifidis pinnatifidisque, lineari-subulatis.

SCAPI bi-vel triunciales adscendentes vel erecti foliis longiores biflori.

BRACTEAE lineari-subulatae ad pedunculi divisionem plures.

CALYX diphyllus foliolis lanceolatis.

COROLLA tetrapetala, petalis binis exterioribus majoribus flavis subrotundo-obovatis apice obtuse trilobis, medio nervo viridi; binis inferioribus duplo minoribus obcordatis flavis maculis binis violaceis, medio albis, pictis.

STAMINA *Filamenta* 4 filiformia. *Antherae* lineari-oblongae erectae.

PISTILLUM *Germen* cylindraceum superum. *Styli* bini brevissimi. *Stigmata* subclavata.

PERICARPIUM *Siliqua* teretiuscula articulata, articulis monospermis.

OBSERV. Colitur in olla et propagatur seminibus, floretque Junio mense. Planta mihi casu est destructa antequam semina perficerat, sed iconem dedi, ne cognitio hujus oblivioni traderetur.

Hypecoum patens.

AMMANNIA. *Gen. pl. n.* 206.

TETRANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quadri-vel octodentatus plicatus inferus. *Corolla* tetrapetala calyci inserta vel nulla. *Capsula* quadrilocularis.

AMMANNIA *aegyptiaca.*

AMMANNIA foliis lanceolatis basi attenuatis sessilibus, caule tereti, floribus apetalis.

Habitat in Aegypto. ⊙.

RADIX alba ramosa annua.

CAULIS pedalis vel sesquipedalis teres glaber ramosus basin versus rubicundus ad apicem viridis; Ramis oppositis simplicibus brachiatis.

FOLIA sesqui-vel bipollicaria lanceolata basi attenuata sessilia, inferiora subpetiolata, nunquam vero amplexicaulia, avenia integerrima.

FLORES axillares sessiles glomerati.

CALYX monophyllus quadrifidus, laciniis ovatis acutis erectis apice reflexis, angulis inter calycis lacinias acutis compressis, inde calyx videtur octodentatus.

COROLLA nulla.

STAMINA *Filamenta* quatuor filiformia calyce breviora. *Antherae* subrotundo-oblongae erectae.

PISTILLUM *Germen* globosum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum.

CAPSULA quadrilocularis polysperma.

OBSERV. I. Propagatur seminibus, floret aestate, coliturque in olla.

OBSERV. II. Affinis Ammanniae latifoliae, cui vero caulis tetragonus, et folia superiora amplexicaulia.

EXPLICATIO TABULAE.

Caulis florens magnitudine naturali.

Flos auctus.

Ammannia aegyptiaca.

AMMANNIA auriculata.

Ammannia foliis lanceolatis basi attenuatis auriculato-cordatis, caule tetragono, pedunculis trifloris, floribus octandris petaloideis.

Habitat in Aegypto prope Rosette. ⊙.

Radix annua ramosa alba.

Caulis erectus sesquipedalis ramosus tetragonus, angulis membranaceis.

Rami simplices oppositi brachiati.

Folia bipollicaria lanceolata acuta versus basin attenuata amplexicaulia auriculato-cordata, integerrima avenia glabra.

Pedunculi axillares triflori, rarius quinqueflori.

Calyx monophyllus quadrifidus, laciniis oblongo-lanceolatis acutis.

Corolla tetrapetala, petalis obovatis purpureis caducis calyci insertis.

Stamina *Filamenta* octo subulata purpurea calyce longiora. *Antherae* erectae subrotundae.

Pistillum *Germen* subrotundum. *Stylus* subulatus filamentis brevior. *Stigma* capitatum.

Capsula ut in reliquis.

Obsev. I. Colitur in tepidario, propagatur seminibus, floretque aestate.

Obsrerv. II. Ammannia ramosior huic simillima, differt floribus tetrandris. Ammannia sanguinolenta et octandra conveniunt cum nostra, caule staminumque numero; at differunt: prima, caule humiliore, foliis basi non constrictis pedunculis brevissimi; secunda vero, foliorum forma parum diversa, pedunculis unifloris, floribus duplo majoribus.

Explicatio Tabulae.

Caulis magnitudine naturali.

Flos auctus.

Ammannia auriculata.

VIII.

WURMBEA. *Thunb. nov. gen.* 18.

HEXANDRIA *Trigynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* nullus. *Cor.* sexfida monopetala. *Stamina* fauci inserta.

WURMBEA *bullata.*

WURMBEA racemo multifloro, corollis ovatis rugosis, laciniis limbi rectis brevissimis.

Ephemerum phalangoides virginianum, flosculis arbuteis bullatis in spicam dispositis. *Pluk. alm.* 135. *t.* 174. *f.* 5. *Moris. hist.* 3. *p.* 606. *s.* 15. *t.* 2. *f.* 1.

Habitat in turfosis Pensylvaniae. 4

RADIX perennis subcarnosa fibrosa.

FOLIA radicalia numerosa lanceolato-ensiformia striata glabra patentia.

SCAPUS simplicissimus erectus sesquipedalis et ultra teres glaber, foliis lineari-subulatis alternis remotis sensim minoribus obsitus.

RACEMUS bi-vel tripollicaris.

PEDUNCULI unifloii Bractea subulata bifida vel potius appendulata suffulti.

COROLLA monopetala ovata transversim rugosa sex dentata, dentibus oblongis acutis rectis.

STAMINA *Filamenta* sex subulata brevissima, fauci corollae inserta, decurrentia. *Antherae* oblongae erectae.

PISTILLUM *Germen* ovatum sexpartibile. *Styli* tres subulati bipartibiles. *Stigmata* simplicia.

FRUCTUM maturum non vidi.

OBSERV. I. Colitur in Frigidario, propagatur divisione caespitum, floret Julio Augusto.

OBSERV. II. Helonias bullata Linnaei non ab hac primo intuitu differre videtur, quo sub nomine hanc plantam in editione mea Specierum plantarum intellexi, sed Helonias bullata differt: racemo ovato, corolla hexapetala, staminibus corolla longioribus scapo basi squamoso et aliis notis, ut ex descriptione et icone Linnaei in Amoenitatibus patet. Synonyma vero Plukenetii et Morisonii huc pertinent.

OBSERV. III. Wurmbeae character essentialis in corolla monopetala absque ullo dubio consistit. Reliquae species corolla gaudent hypocrateriformi, quae in nostra ovata. Pistillum in nostra e sex connatis consistere videtur, an etiam in reliquis Wurmbeis?

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Planta florens naturali magnitudine.

a) Corolla aperta aucta.

b) Pistillum auctum cum bracteis.

c) idem naturali magnitudine.

Wurmbea bullata.

IX.

PRUNELLA. *Gen. pl. n.* 990.

DIDYNAMIA *Gymnospermia.*

CHAR. ESSENT. *Cal.* bilabiatus. *Filamenta* bifurca, altero apice antherifero, Stigma bifidum.

PRUNELLA *pensylvanica.*

PRUNELLA foliis petiolatis ovato-lanceolatis basi dentatis, calycis labiis aequalibus, superiore truncato triaristato, caule adscendente.

Habitat in Pensylvania. ♂.

RADIX ramoso-fibrosa, biennis.

CAULIS pedalis et ultra adscendens ramosus tetragonus sulcisque quatuor profundis notatus, angulis strigoso-pubescentibus. *Rami* simplices.

FOLIA opposita petiolata ovato-lanceolata, basi dentata, bi-vel tripollicaria, superne glabra, subtus pilis raris, praesertim ad venas instructa.

SPICA terminalis bipollicaris cylindracea.

BRACTEAE subrotundo-ovatae floribus breviores, integerrimae ciliatae nervosae, inferiores acuminatae, superiores acutae.

CALYX monophyllus compressus nervosus, pilis patentibus obsitus, bilabiatus, *Labium superius* truncatum triaristatum; *inferius* bipartitum longitudine superioris, laciniis lanceolatis aristatis.

COROLLA monopetala ringens; *Tubus* superne dilatatus, *Labium superius* oblongum emarginatum fornicatum; *inferius* tripartitum; *laciniis* lateralibus obtusis, intermedia emarginata crenata.

Reliqua generis.

OBSERV. I. Colitur sub diu, regeneratur seminibus, floret aestate.

OBSERV. II. Simillima Prunellae vulgari qua cum convenit calyce, bracteis, florum colore, foliis petiolatis, cauleque adscendente, tamen diversa: radice bienni nec perenni, caule duplo altiore, foliis latioribus profundius dentatis, calycinis labiis aequalibus, (cum in Prunella vulgari labium inferius calycis superiore brevius) et spica elongata. A reliquis speciebus jam calyce diversissima. Comparationis causa flores omnium specierum ad latus sunt depicti. In Prunella grandiflora et hyssopifolia calycis labium superius est profunde tridentatum. Prunella grandiflora convenit cum P. vulgari foliis et caule; Prunella hyssopifolia vero foliis sessilibus et caule erecto est diversa. Ex his abunde patet Prunellam hyssopifoliam non esse varietatem Prunellae vulgaris.

EXPLICA-

Explicatio Tabulae.

Superior Prunellae pensylvanicae pars.

1) *Calyx et Corolla ejusdem.*

2) *Calyx et Corolla Prunellae vulgaris.*

3) *Calyx et Corolla Prunellae grandiflorae.*

4) *Calyx et Corolla Prunellae hyssopifoliae.*

Prunella pensylvanica.

X.

HIERACIUM. *Gen. plant. n.* 1238.

SYNGENESIA *aequalis.*

CHAR. ESSENT. *Receptaculum* nudum. *Calyx* imbricatus ovatus. *Pappus* simplex sessilis.

HIERACIUM *nigrescens.*

HIERACIUM caule nudo paucifloro, pedunculis calycibusque glanduloso-pubescentibus nigrescentibus, foliis oblongis petiolatis basi dentatis.

Habitat — — — — — — 4.

RADIX perennis.

FOLIA radicalia petiolata ovato-oblonga dentata, praesertim basin versus, superne pilis albis raris adpressis, margine et subtus ad costam mediam pilis longis albis obsita. Folia caulina tantum ad divisionem caulis, interdum nulla, lanceolata, inferiora petiolata, summa sessilia, subdentata pilosa.

CAULIS adscendens tri-vel quadripollicaris, in ramos tres vel quatuor uniflo-ros divisus, pilosus.

PEDUNCULI albo-pubescentes intermixtis pilis atris copiosis, apice glanduliferis.

CALIX communis polyphyllus imbricatus, foliolis lineari-lanceolatis pilis copiosissimis atris apice glanduliferis obsitus.

COROLLA inter maximas generis.

Reliqua ut in omnibus Hieraciis.

OBSERV. I. Colitur sub diu, regeneratur seminibus, Floret Julio.

OBSERV. II. Valde similis Hieracio humili sed folia omnia petiolata basi tantum dentata nec pinnatifida; flores majores, et calyces nigricantes pilis copiosis tecti, characteres praebent distinctos. In Hieracio humili pili calycis etiam glanduliferi sunt, sed non nigricantes, nec tam copiosi.

Hieracium nigrescens.

F. Guimpel fec

XI.

MOLLIA.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* pentapetala. *Capsula* unilocularis trivalvis polysperma.

MOLLIA *diffusa.*

MOLLIA caule ramoso diffuso, foliis spathulatis verticillatis subsenis, calycibus margine membranaceis.

POLYCARPAEA *Teneriffae* caulibus prostratis, foliis spathulatis subverticillatis calycibus argenteo-viridibus. *Lamarck. illustr. gen. p.* 129.

Habitat in Teneriffa. ⊙.

RADIX annua fibroso-ramosa.

CAULIS ramosus diffusus adscendens; ramis teretibus tenuique pube tectis.

FOLIA verticillata quaterna sena vel octona, lineari-spathulata glabriuscula integerrima avenia.

STIPULAE parvae membranaceae diaphanae lanceolatae in foliorum axillis.

CORYMBI dichotomi vel trichotomi, bracteis ad pedunculorum divisionem sparsis obsiti.

CALYX pentaphyllus persistens, foliolis lanceolatis cuspidatis, margine membranaceis, binis exterioribus brevioribus.

COROLLA pentapetala, petalis calyci insertis oblongis obtusis calyce brevioribus.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia petalis breviora. *Antherae* oblongae erectae.

PISTILLUM *Germen* subrotundum superum. *Stylus* filiformis longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

PERICARPIUM *Capsula* oblonga unilocularis sex-vel octosperma trivalvis.

SEMINA obovata minutissima.

OBSERV. I. Colitur in tepidario, regeneratur satione, floret aestate.

OBSERV. II. Genus Achyranthae proximum in honorem Nobilissimi L. B. de Moll Salisburgi, Botanices promotoris et Historiae naturalis cultoris eximii dixi. Clarifs. Lamarck jam Polycarpaeae nomen huic generi tribuit, sed aliud genus Polycarpum dictum jam exstat, hinc mutatio nominis necessaria mihi visa est.

OBSERV. III. Sequentes hujus generis species in Herbario meo asservo:

MOLLIA *stellata.*

MOLLIA caule ramosissmo diffuso, foliis linearibus planis verticillatis senis, calycibus scariosis.

ACHYRANTHES *stellata* foliis senis linearibus pellucido-maculatis, floribus corymboso-dichotomis. *Spec. pl. ed. Nost.* 1. *p.* 1195.

Habi-

Habitat in Guinea. ♄.

Maculae diaphanae in foliis interdum desunt.

MOLLIA *tenuifolia.*

Mollia caule ramoso erecto, foliis oppositis lineari-subulatis, calycibus scariosis capsulae longitudine.

Achyranthes *tenuifolia* foliis oppositis lineari-subulatis carinatis floribus corymbosis. *Sp. pl. ed. Nostr.* 1. *p.* 1196.

Habitat in Sierra Leone. ♄.

MOLLIA *spadicea.*

Mollia caule ramoso erecto, foliis linearibus planis basi carinatis glabris fasciculato-verticillatis, calycibus scariosis.

Polycarpaea *spadicea* caulibus basi suffruticosis adscendentibus, foliis linea-ri-subulatis, panicula dichotomo-corymbosa spadicea. *Lamarck illust. gen.* 129.

Celosia *corymbosa* foliis linearibus vericillatis glabris, floribus corymboso-dichotomis. *Sp. pl. ed. Nostr.* 1. *p.* 1200. (*excluso synonymo Burmanni, quod ad sequentem pertinet.*)

Katu-Mailosina. *Rheed. mal* 10. *p.* 131. *t.* 66.

Habitat in Malabaria. ♄.

MOLLIA *corymbosa.*

Mollia caule diffuso ramoso, foliis lanceolato-linearibus pubescentibus fasciculato-verticillatis, calycibus scariosis.

Polycarpaea *corymbosa* caulibus pubescentibus, foliis linearibus acutis sub-verticillatis, panicula dichotomo-corymbosa. *Lamarck illust. gen.* 129.

Achyranthes *corymbosa* foliis quaternis linearibus mucronatis pubescenti-bus, floribus corymboso-dichotomis. *Spec. pl. ed. Nostr.* 1. *p.* 1196.

Habitat in arenosis Malabariae, Zeylonae. ♄.

Folia hujus brevissima.

Inflorescentia omnium specierum est corymbosa.

Observ. IV. Achyranthes dichotoma habitu Molliis simillima, est vera Achyranthes species.

Explicatio Tabulae.

Tota planta naturali magnitudine.

a) Calyx cum matura capsula valde auctus.

b) Semen unicum valde auctum et duo alia naturali magnitudine.

c) Capsula lente aucta.

d) Flos apertus valde auctus.

Mollia diffusa.

AGROSTIS. *Gen. plant. n.* 111.

TRIANDRIA *Digynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* bivalvis uniflorus corolla paulo minor. Stigmata longitudinaliter hispida.

AGROSTIS *tenuiflora.*

AGROSTIS paniculae simplicissimae ramis adpressis, corollis aristatis, aristis flore longioribus. *Sp. pl. ed. Nostr.* 1. *p.* 364.

Habitat in America boreali. 2.

RADIX fibrosa perennis.

CULMUS erectus basi ramosus, ramis strictis, teres, sub lente adspectus, pilis albidis reflexis dense obsitus.

FOLIA linearia graminea retrorsum praecipue margine scabra, patentia.

VAGINAE striatae laeves.

LIGULA brevissima truncata.

PANICULA in apice culmi et ramorum tenuis simplicissima, ramis adpressis.

PEDUNCULI brevissimi apice incrassati hispidi.

CALYX *Gluma* bivalvis membranacea, valvulis inaequalibus corolla duplo brevioribus, nervo viridi.

COROLLA *Gluma* bivalvis aequalis membranacea, tribus nervis viridibus notata, valvulis acuminatis, exteriore aristata.

ARISTA in apice valvulae corollae, flore duplo longior, filiformis.

NECTARIUM bivalve minutissimum membranaceum.

STAMINA *Filamenta* duo capillacea. *Antherae* lineares bipartitae.

PISTILLUM *Germen* oblongum. *Styli* duo. *Stigmata* plumosa violacea.

SEMEN corolla tectum.

OBSERV. Colitur subdiu, propagatur radice et seminibus, floret aestate.

Agrostis tenuiflora

XIII.

CYPRIPEDIUM. *Gen. plant. n.* 1376.

GYNANDRIA *Diandria.*

CHAR. ESSENT. *Corolla* tetrapetala. *Nectarium* bilabiatum, labio superiore brevissimo ſtylo adnato, inferiore ventricoso amplo calceiformi.

CYPRIPEDIUM *pubeſcens.*

CYPRIPEDIUM labio nectarii superiore oblongo-triangulari obtuso, inferiore petalis breviore, foliis pubescentibus.

Habitat in America boreali. 4

RADIX perennis fusca horizontalis tuberosa.

CAULIS erectus pedalis foliosus articulatus apice uni-vel biflorus.

FOLIA ovata bi-vel tripollicaria, superiora majora, vaginata, margine integerrima, apice unguiculata acuta, nervosa, utrinque pilis parvis pellucidis obsita.

VAGINAE ad articulum usque decurrentes, uti folia pubescentes, ſtriatae.

PEDUNCULI uniflori solitarii dense pubescentes.

CALYX nullus.

COROLLA tetrapetala. *Petala bina exteriora* opposita ovata acuminata, flavo-viridia rubro-punctata, superius erectum, inferius dependens; *bina interiora* lanceolata acuminata flavo-viridia rubro-punctata lateralia patentia, exterioribus longiora, undulata.

NECTARIUM *Corona* bilabiata. *Labium superius* stylo adnatum flavum oblongum obtusum, basi truncatum angulis obtusis, superne planum, inferne canaliculato-carinatum. *Labium inferius* inflatum amplum flavum petalo inferiore exteriore brevius, compressum striatum, ore elliptico, interne punctatum.

STAMINA *Filamenta* nulla. *Antherae* binae biloculares fuscae sessiles in lobis styli lateralibus.

PISTILLUM *Germen* inferum cylindraceo-clavatum sexsulcatum dense pubescens. *Stylus* apice trilobus, lobi laterales flavi oblongo-lanceolati, intermedius obovatus virescens sulcatus crassiusculus. *Stigma* triangulari-impressum.

OBSERV. I. Semina non perficit, propagatur radice. Colitur in olla. Floret Majo.

OBSERV. II. Distinguitur a C. spectabili petalorum forma et colore, labio nectarii superiore oblongo-triangulari obtuso, nec cordato; inferiore petalis breviore, denique foliis pubescentibus.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Cypripedium naturali magnitudine:

a) Labium nectarii superius stylo adhuc adnatum.

b) Labium nectarii superius seorsim a parte inferiore.

c) Stylus trilobus superne spectatus.

d) Stylus trilobus inferne spectatus cum staminibus et stigmate.

Tab. XIII.

Cypripedium pubescens. Tud. Schmidt sc.

SINAPIS. *Gen. plant. n.* 1097.

TETRADYNAMIA *Siliquosa.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* patens. *Corollae* ungues recti. *Glandulae* inter stamina breviora et pistillum interque longiora et calycem.

SINAPIS *integrifolia.*

SINAPIS siliquis glabris patentibus, foliis obovatis indivisis duplicato-dentatis laevibus.

Habitat in India orientali. ⊙

RADIX perpendicularis crassitie pennae anserinae simplex fibrillis sparsis obsita annua.

CAULIS sesqui-vel bipedalis erectus superne in ramos nonnullos divisus teretes glaber.

FOLIA sessilia alterna obovata obtusa utrinque glabra, venis albis, duplicato-dentata, nunquam basi auriculata vel incisa. Folia floralia angustiora lanceolata basi subcuneata acuta profundius dentata.

RACEMI terminales erecti.

CALYX tetraphyllus coloratus, foliolis linearibus patentibus concavis.

COROLLA tetrapetala, petalis obovatis unguiculatis flavis erectis.

NECTARIUM *Glandulae* quatuor, quarum duae inter stamina longiora et calycem, duae inter stamina breviora et germen.

STAMINA *Filamenta* sex filiformia inferne membrana tenui cincta, quorum duo breviora. *Antherae* sagittatae erectae.

PISTILLUM *Germen* cylindraceo-filiforme. *Stylus* brevis filiformis. *Stigma* capitatum emarginatum.

PERICARPIUM *Siliqua* pollicaris teres stylo persistenti subulato instructa, bilocularis.

SEMINA fusca generis.

OBSERV. I. Colitur sub diu. Floret Junio, Julio, semina Augusto maturescunt.

OBSERV. II. Differt a Sinapi brassicata cui simillima, foliis nunquam basi auriculatis, semper sessilibus et duplicato-dentatis. Convenit vero foliis albo-venosis et siliquarum forma.

EXPLICATIO TABULAE.

Planta integra florens.

Sinapis integrifolia.

HUDSONIA. *Gen. plant. n.* 822.

DODECANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* tripartitus. *Corolla* pentapetala. *Stamina* 15. *Capsula* unilocularis trivalvis trisperma.

HUDSONIA *ericoides.*

HUDSONIA *ericoides. Sp. pl. ed. W.* 2. *p* 858. *Berg. Act. holm.* 1778. *p.* 18. *t.* 2.

Ericaeformis suffrutex virginianus, floribus exiguis, vasculo seminali oblongo trifariam diviso. *Pluk. mant.* 88.

Habitat in Virginia, Pensylvania. ♄

FRUTEX semipedalis ramosus diffusus caespitem globosam formans.

CAULIS teres ramosus fuscus, ramis alternis ramulosis.

FOLIA acerosa subulata tenuia sempervirentia alterna fasciculata conferta, seniora glabriuscula vel pilis rarissimis tecta patentiuscula, juniora imbricata pilosa.

PEDUNCULI uniflori e medio fasciculorum capillares patentes, pilosi, pilis adpressis.

CALYX monophyllus persistens ad basin usque tripartitus, laciniis linearibus ante et post anthesin clausis, durante florescentia patentissimis, externe pilis adpressis obsitis viridi-flavescentibus, interne viridibus glabris, inaequalibus, unica breviore, apice acutis, vel emarginatis.

COROLLA pentapetala rosacea decidua flava, petalis lanceolato-obovatis apice integris vel obsolete denticulatis.

STAMINA *Filamenta* 10, 12 vel 15, plerumque 12, filiformia, apice parum dilatata. *Antherae* adnatae.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Stylus* filiformis flexuosus, staminibus brevior. *Stigma* truncatum crassiusculum margine sub lente pilis brevibus cinctum.

CAPSULAM cum SEMINIBUS non vidi.

OBSERV. I. Propagatur perquam difficile taleis, semina enim non maturescunt. Requirit terram spongiosam arena mixtam et asservatur durante hyeme in frigidario. Floret Majo, Junio.

OBSERV. II. Calycis laciniae interdum integerrimae, interdum unica vel binae emarginatae.

OBSERV. III. Iconem hujus dedi, cum figura a Clarissimo Bergio loco citato data, faciem plantae vix repraesentet.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Pars plantae naturali magnitudine.

a) Calyx cum pistillo auctus.

b) Stamen auctum.

c. d) Petala bina aucta.

Hudsonia ericoides.

HIERACIUM. *Gen. plant. n.* 1238.

SYNGENESIA *aequalis.*

CHAR. ESSENT. vide supra ad tabulam 10. nostram.

HIERACIUM *laevigatum.*

HIERACIUM caule erecto ramoso, foliis oblongo-lanceolatis glabris petiolatis medio profunde dentatis, floribus paniculatis, basi calycis pedunculisque pubescentibus. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 1590.

Habitat — — — — — 4

RADIX ramosa perennis.

CAULIS bipedalis erectus, saepius adscendens, teres striatus glaber, interdum basin versus scabriusculus.

FOLIA *radicalia* petiolata quinque-vel sexpollicaria oblongo-lanceolata glabra, medio dentibus magnis tribus vel quatuor in utroque latere lanceolatis instructa; *caulina* sessilia lanceolata acuminata, basi attenuata, supra basin dente unico vel binis longis lanceolatis donata; *summa* lanceolata acuminata integerrima.

FLORES paniculati, panicula patente.

PEDUNCULI pubescentes.

CALYX polyphyllus, foliolis interioribus lanceolatis adpressis glabris basi albido-pubescentibus, exterioribus brevissimis subpatulis pubescentibus.

COROLLA flava composita generis.

STAMINA et PISTILLA generis.

SEMINA oblonga compressa fusca. PAPPUS sessilis pilosus scaber.

RECEPTACULUM planum punctatum nudum.

OBSERV. I. Colitur sub diu. Floret Junio. Propagatur radice et seminibus.

OBSERV. II. Sub nomine Hieracii paniculati, cui nullo modo simile, semina accepi. Affine Hieracio murorum, ramoso, et sabaudo, sed ab omnibus glabritie foliorum, et dentium situ longitudine ac forma abunde diversum.

Hieracium laevigatum

PELARGONIUM. *Ait. Kew. 2. p. 417.*

MONADELPHIA *Heptandria.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquepartitus, lacinia suprema desinente in tubum nectariferum ad pedunculi latus decurrentem. *Corolla* pentapetala inaequalis. *Filamenta* 10 inaequalia, quorum 3 (rarius 5) castrata. *Arilli* 5 monospermi aristati ad basin receptaculi rostrati, aristis spiralibus introrsum barbatis.

PELARGONIUM *canariense.*

P. pedunculis subbifloris, foliis tripartitis apice dentatis, floribus pentandris tetrapetalis caule suffruticoso.

Habitat in Canariis, ♄.

CAULIS semipedalis teres subcarnosus suffruticosus ramos semipedales declinatos pubescentes exserens.

FOLIA longe petiolata opposita, juniora glauca, adulta glauco-viridia, ad basin usque tripartita, laciniis oblongis apice inaequaliter dentatis, basi integerrimis, leviter pubescentes.

PETIOLI foliis longiores, teretes canaliculati.

STIPULAE emarcidae ovatae ut in congeneribus.

PEDUNCULI versus apicem foliis longiores, hirti uni-vel biflori, raro triflori.

PEDICELLI omnes ex apice pedunculi, basi *Bracteis* ovatis acutis marcescentibus cincti.

CALYX profunde quinquepartitus, laciniis lanceolatis mucronatis pilosis trinerviis, suprema basi in tubum ad pedicelli latus decurrens.

COROLLA tetrapetala inaequalis carnea, bina superiora obovata basi lineis purpureis binis ramosis picta; bina inferiora lanceolato-cuneata obtusa basi rubro-maculata.

STAMINA *Filamenta* decem in cylindrum basi connata, superne subulata, quorum quinque breviora sterilia, quinque longiora antherifera. *Antherae* quinque oblongae rubrae.

PISTILLUM *Germen* pentagonum viride. *Stylus* filiformis. *Stigmata* quinque patentia recurvata rubra.

FRUCTUS ut in congeneribus.

OBSERV. I. Propagatur semine, difficilius taleis. Floret Junio, Julio et Augusto. Colitur in frigidario.

OBSERV. II. Ab affinibus nempe P. myrrhifolio, lacero etc facile foliorum forma et staminum numero distinguendum.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Ramus florens.

a) Stamina cum pistillo.

Pelargonium canariense.

CLEOME. *Gen. plant. n.* 1099.

TETRADYNAMIA *Siliquosa.*

CHAR. ESSENT. *Glandulae* nectariferae 3 ad singulum sinum calycis singulae, excepto infimo. *Petala* omnia adscendentia. *Siliqua* unilocularis bivalvis.

CLEOME *pungens.*

CLEOME floribus hexandris, foliis quinatis viscosis, caule spinoso.

Habitat in America calidiore. ♄.

CAULIS erectus altero aetatis anno orgyalis, teres superne ramosus, pilis glanduliferis ex toto tectus.

FOLIA alterna petiolata omnia quinata, summo interdum ternato, foliolis oblongis acuminatis integerrimis petiolatis, utrinque pilis glanduliferis obsitis.

PETIOLI teretes canaliculati folio longiores, ut tota planta piloso-viscosi.

ACULEI breves binae pungentes in caule ad latus petioli, stipulares.

RACEMUS terminalis longus.

BRACTEAE subrotundo-ovatae subcordatae obtusae solitariae sessiles ad basin pedunculi.

FLORES polygami hexandri.

CALYX tetraphyllus reflexus, foliolis lanceolatis, externe piloso-viscosis.

COROLLA tetrapetala carnea, petalis ellipticis longissime unguiculatis unilateralibus adscendentibus.

NECTARIUM *Glandulae* 3 inter unguem petalorum et germinis pedicellum, sessiles.

STAMINA *Filamenta* sex capillacea corolla longiora sanguinea basi pedicelli germinis inserta. *Antherae* lineares erectae flavo-fuscae.

PISTILLUM *Germen* lineari oblongum pedicello capillaceo longitudine staminum suffultum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum emarginatum.

SILIQUA linearis quadriuncialis piloso-viscosa compressa unilocularis polysperma.

SEMINA oblonga fuscescentia.

OBSERV. I. Floret ab Junio mense in serum usque autumnum. Colitur in tepidario. Propagatur seminibus.

OBSERV. II. An planta fruticosa vel suffruticosa herbacea? Caulis basi non lignosus. Primo anno flores staminibus pistillisque castratis dedit, altero flores perfectos, sed paucas siliquas produxit.

OBSERV. III.

Observ. III. Differt a C. spinosa, caule altiore, foliis quinatis et viscositate.

Explicatio Tabulae.

Ramus florens.

a) Flos hermaphroditus.

b) Flos foemineus.

c) Flos masculus.

Cleome pungens.

RAPHANUS. *Gen. plant. n.* 1098.

TETRADYNAMIA *Siliquosa.*

CHAR. ESSENT. *Cal.* clausus. *Siliqua* torosa subarticulata. *Glandulae* nectariferae 2 inter stamina breviora et pistillum, 2 inter stamina longiora et calycem.

RAPHANUS *cheiranthiflorus.*

RAPHANUS siliquis bilocularibus laevibus, foliis radicalibus lyratis obtusis dentatis, caulinis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis subintegerrimis.

Habitat in Hispania. ⊙.

RADIX annua perpendicularis crassitie pennae columbinae apice subramosa.

CAULES plures semipedales vel pedales subramosi ex una radice erecti teretes laeves, basin versus pilis albis sparsis obsiti.

FOLIA *radicalia* petiolata lyrata glabra, laciniis oblongis obtusis dentatis; *caulina* glabra petiolata pinnatifida, laciniis lanceolatis acutis integerrimis vel rarius dente uno alterove instructis.

FLORES racemosi flavi.

CALYX tetraphyllus viridis, foliolis lanceolatis obtusis pilis raris obsitis, apice membranaceis.

COROLLA tetrapetala cruciata, petalis subrotundis nervosis longe unguiculatis, unguibus calyce longioribus.

NECTARIUM Glandulae quatuor virides, quarum duae inter stamina breviora et pistillum, duae inter stamina longiora et calycem.

STAMINA *Filamenta* sex tetradynama subulata. *Antherae* sagittatae apice recurvae.

PISTILLUM *Germen* teres. *Stylus* subulatus. *Stigma* capitatum emarginatum.

SILIQUA teres bilocularis glabra stylo compresso persistente mucronata.

SEMINA fusca.

OBSERV. Floret Junio, Julio; Augusto semina perficit. Disseminatur quotannis sub diu.

EXPLICATIO TABULAE.

Planta integra cum Siliqua matura ad latus depicta.

Raphanus sheiranthiflorus.

SALVIA. *Gen. plant. n.* 50.

DIANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* tubulosus bilabiatus. *Corolla* ringens. *Filamenta* transverse pedicello affixa.

SALVIA *Forskålii.*

SALVIA foliis lyrato-auriculatis, caule subaphyllo, corollae galea semibifida. *Sp. pl. ed. W. I. p.* 151.

Habitat in Oriente. 2.

RADIX ramosa perennis.

FOLIA *radicalia* petiolata pilosa scabriuscula, ovato-cordata lyrata, grosse dentata, rugoso-venosa; *caulina* lanceolata sessilia opposita pilosa, rugoso-venosa, grosse dentata.

CAULIS pedalis simplex vel ramosus, tetragonus, pilosus subviscosus, interdum aphyllus, plerumque vero basin versus binis foliorum paribus instructus.

FLORES pulcherrimi verticillati, verticillis sex vel octofloris.

BRACTEAE ovato-cordatae integerrimae acuminatae.

CALYX monophyllus tubulosus striatus pilosus, pilis articulatis nonnullis apice glanduliferis, bilabiatus; labium superius tridentatum planum, inferius bifidum, laciniis acuminatis.

COROLLA monopetala ringens. Tubus calyce longior superne dilatatus sordide albus vel flavescens. Labium superius coeruleum fornicatum pilis glandulosis tectum bifidum. Labium inferius tripartitum, laciniis lateralibus brevissimis obtusis revolutis coeruleis; intermedia longiore ampla biloba obtusa margine lato coeruleo cincta, disco albo coeruleo punctato.

STAMINA *Filamenta* bina coerulea subulata pedicello brevi affixa, latere inferiore breviore dilatato, superiore antherifero. *Antherae* lineares incumbentes.

PISTILLUM *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis coeruleus staminibus longior. *Stigma* bifidum.

SEMINA quatuor oblonga nigra in fundo calycis persistentis.

OBSERV. Colitur in frigidario, floret a Julio ad Octobrem usque, propagatur divisione radicis et seminibus.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Caulis florens.

a) Folium radicale.

b) Flos seorsim depictus, in quo labium superius divisum videre est.

c) Stamen.

Salvia Forskålii.

XXI.

LEPECHINIA.

DIDYNAMIA *Gymnospermia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* bilabiatus. *Corollae* labium superius bifidum; inferius tripartitum laciniis subaequalibus. *Stamina* distantia.

LEPECHINIA *spicata.*

LEPECHINIA spicis pedunculatis bracteatis, foliis ovatis crenatis basi truncatis.

Habitat — — — — — 24

RADIX ramosa perennis.

CAULIS erectus pedalis et ultra simplex vel ramosus tetragonus glaber.

FOLIA opposita petiolata suaveolentia bi-vel tripollicaria et ultra ovata, basi truncata, margine inaequaliter crenata et tenuissime ciliata, rugoso-venosa.

PETIOLI semiteretes subpubescentes.

SPICAE pedunculatae tetragonae bracteatae terminales in apice caulis et ramorum.

FLORES albi in spica verticillati.

BRACTEAE ovatae acuminatae integerrimae reticulato-venosae ciliatae.

CALYX monophyllus tubulosus pubescens bilabiatus; Labium superius tri-fidum, laciniis lanceolatis aristatis; Labium inferius bifidum laciniis lanceolatis aristatis.

COROLLA monopetala bilabiata. Tubus longitudine calycis superne dilatatus. Labium superius oblongum obtusum bifidum. Labium inferius tripartitum, laciniis oblongis obtusis subaequalibus, intermedia latiore concava.

STAMINA *Filamenta* quatuor didynama distantia filiformia longitudine corollae, bina in labio superiore, bina in inferiore. *Antherae* incumbentes reniformes.

PISTILLUM *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis staminibus brevior. *Stigma* bifidum.

SEMINA quatuor nuda oblonga in fundo calycis.

OBSERV. I. Floret Julio, Augusto. Propagatur seminibus et radicum divisione. Asservatur durante hyeme in frigidario. Patria mihi ignota, nam semina sub nomine Ulericiae pyramidatae accepi.

OBSERV. II. Nominavi hoc novum genus in honorem Clariss. b. m. Professoris Petropolitani J. Lepechin. Accedit ad Mentham, quae vero calycis forma diversissima.

OBSERV. III.

Observ. III. In herbario meo adhuc alteram speciem hujus generis a Clariss. Stephan mecum communicatam, quae in Sibiria crescit, possideo, est nempe:

LEPECHINIA *clinopodifolia.*

Lepechinia floribus terminalibus verticillato-capitatis, foliis oblongis remote serratis basi attenuatis.

Explicatio Tabulae.

Caulis florens.

a) Calyx.

b. c) Corolla cum staminibus distantibus.

Lepechinia Spicata.

MESEMBRYANTHEMUM. *Gen. plant. n.* 860.

ICOSANDRIA *Pentagynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquefidus. *Petala* numerosa linearia basi cohaerentia. *Capsula* carnosa infera polysperma.

MESEMBRYANTHEMUM *tricolor.*

MESEMBRYANTHEMUM foliis amplexicaulibus distinctis punctatis lineari-spathulatis subtus convexis superne sulco exaratis, caule brevissimo herbaceo.

Habitat ad Caput bonae spei? ⊙.

RADIX annua fibrosa.

CAULES brevissimi vix digitales plures ex una radice diffusi, caespitem formantes, herbacei.

FOLIA sesqui-vel bipollicaria lineari-spathulata, et simpliciter linearia, amplexicaulia distincta, utrinque papuloso-punctata, subtus convexa, supra linea longitudinali exarata.

PEDUNCULI axillares uniflori bipollicares teretes papulosi.

CALYX monophyllus papulosus superus profunde quinquepartitus, laciniis inaequalibus, unica lanceolata longissima, reliquis oblongis obtusiusculis apice reflexis margine membranaceis.

COROLLA polypetala, petalis lanceolatis acutis basi cohaerentibus, saturate et eleganter purpureis, basi albis.

STAMINA *Filamenta* numerosa brevissima calyci inserta. *Antherae* oblongae nigrae.

PISTILLUM *Germen* orbiculatum depressum inferum. *Styli* quinque purpurei subulati. *Stigmata* simplicia.

CAPSULA orbicularis quinquelocularis polysperma, convexo-plana.

SEMINA subrotunda parva.

OBSERV. Floret a Julio in serum usque autumnum. Propagatur seminibus.

Mesembryanthemum tricolor.

SILENE. *Gen. plant. n.* 722.

DECANDRIA *Trigynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* ventricosus. *Petala* 5 unguiculata coronata ad faucem. *Capsula* trilocularis,

SILENE *hirta.*

SILENE petalis bipartitis obtusis, floribus solitariis terminalibus, calycibus clavatis decem striatis, foliis lanceolatis basi ciliatis.

Habitat — — — — — ⊙.

RADIX perpendicularis simplex fibrillis paucis instructa, annua.

CAULIS erectus adscendens ramosus diffusus teres glabriusculus.

FOLIA *radicalia* obovato - lanceolata patentia basi ciliata, *caulina* opposita lanceolata basi parum attenuata glabra, margine ad basin ciliata.

PEDUNCULI terminales solitarii uniflori.

CALYX monophyllus clavatus decemstriatus, hirtus quinquedentatus, dentibus ovatis margine tenuissime ciliatis.

COROLLA pentapetala caryophyllacea purpurea, petalis longe unguiculatis bilobis obtusis, ungue calyce longiore.

CORONA brevis biloba ad basin laminae corollae.

Reliqua generis.

OBSERV. I. Planta annua, seritur sub diu quotannis, floretque Julio, Augusto.

OBSERV. II. Semina sub nomine Silenes ciliatae accepi, a qua pluribus notis abunde diversa: 1) floribus non axillaribus solitariis, sed terminalibus, 2) caule non hirto pilis reflexis, 3) calycibus apice non rubris, laciniisque non densissime, sed tantum leviter ciliatis. Ceterum huic valde affinis.

Silene hirta.

VIOLA. *Gen. plant. n.* 1364.

PENTANDRIA *Monogynia,*

CALYX pentaphyllus. *Corolla* pentapetala irregularis postice cornuta. *Antherae* cohaerentes. *Capsula* supera trivalvis unilocularis.

VIOLA *blanda.*

VIOLA acaulis, foliis cordatis obtusis planiusculis glabris, petalis imberbibus.

Habitat in America boreali. 2.

RADIX ramosa albida fibrosa perennis.

FOLIA radicalia petiolata glabra cordata obtusa plana, juniora cucullata, margine remote serrata.

PETIOLI plano-convexi foliis longiores.

STIPULAE parvae lanceolatae ad petiolorum basin.

PEDUNCULI radicales uniflori longitudine foliorum.

CALYCIS Foliola quinque lanceolata basi appendiculata, supremum reliquis brevius.

COROLLA pentapetala, petalis albis omnibus interne laevibus; bina superiora lanceolata obtusa alba; bina lateralia breviora basi lineis binis coeruleis notata; infimum reliquis longius lanceolato-obovatum basi nervis numerosis coeruleis notatum, sursum obtuse calcaratum.

Reliqua ut in Viola palustri.

OBSERV. I. Floret Aprili, Majo, aestate semina perficit. Propagatur radice et seminibus. Colitur sub diu.

OBSERV. II. A Viola cucullata, obliqua et nonnullis aliis novis speciebus Americae borealis, petalis lateralibus basi glabris nec barbatis, a Viola palustri foliorum forma florisque structura diversa.

Viola blanda.

PRENANTHES. *Gen. plant. n.* 1236.

SYNGENESIA *aequalis.*

Char. essent. *Receptaculum* nudum. *Calyx* calyculatus. *Pappus* ſimplex ſubſesſilis. *Floſculi* ſimplici serie.

PRENANTHES *cordata.*

Prenanthes calycibus multifloris, foliis cordatis dentatis ciliatis, floralibus oblongis integerrimis, floribus nutantibus racemoſo-paniculatis.

Habitat in Penſylvania. 24.

Radix perennis.

Caulis erectus quadripedalis teres glaber, inferne ſimplex, ſuperne ex omnibus foliorum axillis paniculas exſerens.

Folia radicalia et caulina inferiora petiolata bipollicaria cordata acuta, margine argute dentata et ciliis ſparſis obſita, ſupra ſcabriuſcula ſaturate viridia ſubtus pallida glabra reticulato-venoſa; ſuperiora et floralia ſubſesſilia minus rigida oblonga vel lanceolata integerrima.

Petioli ſesqui-vel bipollicares, margine foliaceo integerrimo cincti.

Panicula ampla e racemis ſecundis compoſita. *Pedunculi* uniflori nutantes.

Calyx calyculatus, exterior ſubhexaphyllus, foliolis brevisſimis ovatis acutis imbricatis, interior hexaphyllus ſextuplo exteriore longior cylindraceus foliolis linearibus acutiuſculis apice margine ſubmembranaceis.

Corolla compoſita aequalis ſemifloſculoſa ſexflora. *Corollulae* propriae ligulatae ochroleucae ſtriatae apice truncatae ſubſexdentatae.

Stamina *Filamenta* quinque capillacea. *Antherae* totidem rubicundae in cylindrum connatae.

Pistillum *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis ſtaminibus et corolla longior. *Stigma* bifidum.

Semina oblonga compreſa. *Pappus* ſeſſilis piloſus longitudine calycis.

Receptaculum nudum punctatum.

Observ. I. Colitur in frigidario, forte etiam ſub diu durat. Propagatur radice, ſemina enim matura nondum dedit. Floret Auguſto, Septembri et in ſerum usque autumnum.

Observ. II. Similis P. albae ſed foliis cordatis abunde diverſa. Sub Prenanthe alba latent adhuc plures ſpecies ſaepius pro varietatibus habitae,

bitae, nempe P. alba vera, foliis dentatis: inferioribus haſtato-angulatis, ſuperioribus oblongis etiam dentatis; P. cordata hic deſcripta, porro P. rubicunda in editione mea Specierum plantarum indicata p. 1537; denique adhuc alia nondum deſcripta, foliis trilobis integerrimis.

Prenanthes cordata.

CENTAUREA. *Gen. plant. n.* 1331.

SYNGENESIA *fruſtranea.*

CHAR. ESSENT. *Recept.* ſetoſum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* turbinatus. *Cor.* radii infundibuliformes longiores irregulares.

CENTAUREA *ſtraminea.*

CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis terminalibus ſeſſilibus glomeratis, foliis petiolatis pinnatifidis inciſo-dentatis.

Centaurea (*prolifera*) foliis bipinnatifidis, caule ramisque proliferis *Ventenat pl. rar. hort. Celſ. p.* 16. *t.* 16.

Habitat in Aegypto. ⊙

RADIX annua perpendicularis ramoſa.

CAULIS erectus fere pedalis, ramis axillaribus teretibus pubeſcentibus fere horizontalibus vel declinatis, ſub flore incraſſatis; ſaepius ſub floribus rami naſcuntur, qui caulem proliferum formant.

FOLIA alterna petiolata, caulina tripollicaria leviter ſubpubeſcentia ſaturate viridia, profunde pinnatifida, laciniis inaequalibus lanceolatis inciſo-dentatis obtuſis.

FLORES flavi ſeſſiles in apice caulis et ramorum tres ad quinque glomerati.

CALYX turbinatus imbricatus, ſquamis oblongis viridibus imbricatis, apice obtuſis et ſetis quinque inſtructis.

COROLLAE *radii* tubuloſae ſteriles calyce longiores, limbo tripartito, laciniis lanceolatis, intermedia breviore; *diſci* tubuloſae hermaphroditae quinquefidae, laciniis linearibus.

STAMINA florum diſci: *Filamenta* 5 capillacea corollae inſerta. *Antherae* totidem in cylindrum connatae; florum radii: *Filamenta* et *Antherae* nullae.

PISTILLUM *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum. In floribus radii eſt tantum germinis rudimentum.

SEMINA oblonga fuſca, *Pappo* albido ſeſſili capillaceo coronata.

RECEPTACULUM ſetoſum.

OBSERV. Floret aeſtate, ſemina autumno perficit, propagatur ſeminibus.

Centaurea stramínea.

SOLANUM *Gen. plant. n.* 337.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Cor.* rotata. *Antherae* ſubcoalitae apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* bilocularis.

SOLANUM *Humboldtii.*

SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis inciſis, racemis ſubſimplicibus, fructibus glabriuſculis, calycinis foliolis corolla duplo brevioribus.

Habitat in America meridionali ad flumen nigrum Rio negro dictum. ⊙

RADIX ſimplex ramoſa perpendicularis annua.

CAULIS erectus bipedalis teres ramoſus pilis rigidis ſparſis obſitus.

FOLIA alterna petiolata interrupte-pinnata, utrinque pilis ſparſis obſita; pinnis petiolatis; majoribus baſi inaequaliter cordatis, irregulariter margine dentatis, apice acuminatis; minoribus ovatis vel ſubrotundo-oblongis ſubintegerrimis vel leviter angulatis, obtuſis.

RACEMI extrafoliacei plerumque ſimplices, quandoque bipartiti.

FLORES flavi longe pedunculati, pedunculis ut caulis pilis obſitis.

CALYX pentaphyllus, foliolis perſiſtentibus lanceolatis corolla duplo brevioribus.

COROLLA monopetala rotata, laciniis ovatis acuminatis.

STAMINA *Filamenta* quinque brevisſima filiformia. *Antherae* lineares coalitae poro dehiſcentes.

BACCA globoſa magnitudine vix Ceraſi rubra, pilis rariſimis obſita, bilocularis.

SEMINA compreſſa ovata albicantia.

OBSERV. I. Floret aeſtate, autumno baccae matureſcunt, propagatur ſemine.

OBSERV. II. Accedit valde ad Solanum Pſeudo-Lycoperſicum, ſed differt: calycis foliolis nunquam longitudine corollae, baccis duplo minoribus. In planta ſpontanea baccae duplo minores quam in culta obſervantur.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens.

Racemi pars cum baccis maturis.

Solanum Humboldtii.

F. Guimpel ad Nat. pinx.

Lud. Schmidt sculpsit.

KOCHIA. *Roth. in Schrad. Journ.* 1800. *p.* 307.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* duplex, interior quinquepartitus, exterior pentaphyllus, foliolis medio calycis interioris inſertis. *Corolla* nulla. *Capſula* monoſperma calyce tecta.

KOCHIA *dentata.*

KOCHIA foliis lanceolatis ſinuato-dentatis, ſtylo ſubtripartito.

Salſola (*radiata*) foliis lato-lanceolatis dentatis, calyce coronula denticulata cincto, ſemine orbiculari hinc emarginato. *Desf. in Annal. Muſ. nat.* 2. *p.* 28. *t.* 34.

Salſola (*platyphylla*) caule herbaceo diffuſe ramoſisſimo, foliis ovali-oblongis inaequaliter acuteque angulato-dentatis, ramulis floridis paniculatis, floribus trigynis, calycibus fructiferis ala horizontali denticulata cinctis. *Michaux fl. amer. p.* 174.

Habitat in America boreali in regione Illinoenſium. ⊙

RADIX ramoſa annua perpendicularis.

CAULIS erectus ramoſus glaber bipedalis, ramis paniculatis divaricatis apicem verſus leviter pubeſcentibus.

FOLIA alterna petiolata pollicaria vel ſesquipollicaria lanceolata plana glabra inaequaliter ſinuato-dentata, inferiora fere obovata, ſumma ramea brevisſime dentata, omnia apice acuta ſubmucronata.

FLORES initio axillares ſolitarii, poſtea vero in ultimis ramis ſpicati.

CALYX duplex; interior monophyllus quinquepartitus, laciniis ovato-lanceolatis, durante floreſcentia patentibus, peracta fructificatione arcte clauſis; exterior pentaphyllus, foliolis ovatis denticulatis ad baſin laciniarum calycis interioris ſesſilibus patentibus.

COROLLA nulla.

STAMINA *Filamenta* quinque capillacea brevisſima. *Antherae* oblongae compreſſae biloculares.

PISTILLUM *Germen* ovatum. *Stylus* brevisſimus. *Stigmata* bina vel tria filiformia.

PERICARPIUM *Capſula* membranacea monoſperma calyce tecta.

SEMEN fuſcum compreſſum ſubrotundum emarginatum.

OBSERV. I. Floret aeſtate, fructus profert autumno, diſeminatur quotannis.

OBSERV. II. Character generis conſistit in calyce duplici. Kochia arenaria a Clariſſ. Roth. deſcripta, differt: foliorum forma, et ſtigmatibus binis.

In

In noſtra flores ſunt polygami nempe hermaphroditi et maſculi, maſculi in extremis ramis occurrunt. Variat calyce interiore interdum ſexpartito et exteriore hexaphyllo, porro ſtigmatibus binis vel tribus, plerumque tres occurrunt. Stigmata faciem ſtylorum habent ſed baſi cohaerent.

Explicatio Tabulae.

Ramulus plantae florentis.

Flos apertus cum binis ſtigmatibus.

Calyx duplex jam clauſus, interiore ſexpartito, exteriore hexaphyllo.

Calyx perpendiculariter ſectus.

Kochia dentata.

SALVIA *Gen. plant. n.* 50.

DIANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* inaequalis. *Cor.* ringens. *Filamenta* transverſo pedicello affixa.

SALVIA *Chamaedrys.*

SALVIA foliis ellipticis crenatis ſubtus incanis, ſpicis interruptis, caule fruticoſo.

Salvia (*chamaedryoides*) caule decumbente, foliis ovatis crenatis ſubtus tomentoſis. *Cavan. ic. p.* 77. *t.* 197.

Habitat — — — — — — ♄.

FRUTICULUS parvus pedalis, ramulis obtuſe tetragonis, junioribus incanis.

FOLIA breviſime petiolata oppoſita ſemipollicaria vel pollicaria elliptica obtuſa rugoſo-venoſa crenata, ſubtus incana.

SPICA terminalis ſolitaria, floribus oppoſitis diſtantibus.

BRACTEAE ovatae pallide virides marceſcentes caducae, ad baſin ſinguli pedunculi unica.

FLORES ſaturate coerulei.

CALYX monophyllus pubeſcens ſtriatus bilabiatus, apice coeruleſcens, labio ſuperiore indiviſo acuto, inferiore longiore bifido.

COROLLA monopetala ringens. *Tubus* calyce brevior. *Labium ſuperius* erectiuſculum compreſſum obtuſum apice ſubfornicatum et pilis coloratis brevibus denſe obſitum. *Labium inferius* tripartitum planum, laciniis lateralibus obtuſis breviſimis, intermedia obcordata maxima.

STAMINA ut in Salvia paniculata.

PISTILLUM generis. *Stigma* bifidum labii ſuperioris longitudine, laciniis coloratis inaequalibus.

SEMINA Generis.

OBSERV. I. Floret Julio ſed ſemina non dedit, flores enim cum pedunculis mox decidunt. Propagatur taleis.

OBSERV. II. Salvia chamaedryoides a Clariſſ. Cavanilles deſcripta non differre videtur, licet in noſtra bracteae non ante floris explicationem decidant, floresque non verticillati ſed oppoſiti tantum ſint.

Salvia Chamaedrys.

LOBELIA. *Gen. plant. n.* 1363.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Cal.* quinquefidus. *Corolla* monopetala irregularis. *Antherae* cohaerentes. *Capſula* infera bi- ſ. trilocularis.

LOBELIA *goodenioides.*

LOBELIA caule erecto ſimplicisſimo, foliis pubeſcentibus, radicalibus obovatis integerrimis, caulinis lanceolatis apice ſubcrenatis, floribus racemoſis, corollis ſuperne fisſis.

Habitat in Penſylvania. 24.

RADIX fibroſa ramoſa.

CAULIS erectus pedalis et ultra ſtriatus teres glabriuſculus.

FOLIA utrinque pilis brevisſimis ſparſis obſita; radicalia bi-vel tripollicaria obovata ſubſesſilia obtuſa integerrima; caulina lanceolata, inferiora bi-vel tripollicaria ſesſilia obtuſa integerrima, ſumma apice crenata.

RACEMUS terminalis pedalis erectus.

FLORES pedunculati alterni pallide coerulei.

BRACTEA ſolitaria ad baſin cujusque pedunculi, inferiores lanceolatae apice ſerratae, ſuperiores ſubulatae.

CALYX monophyllus quinquepartitus, laciniis lanceolato-ſubulatis patentibus.

COROLLA monopetala irregularis. *Tubus* cylindraceus ſuperne ad baſin usque fisſus. *Limbus* quinquepartitus patens, laciniis tribus inferioribus ovato-lanceolatis reflexis, binis ſuperioribus brevioribus lineari-lanceolatis erectis.

STAMINA *Filamenta* quinque ſubulata. *Antherae* oblongae obtuſae cohaerentes.

PISTILLUM *Germen* obovatum calyci adnatum inferum. *Stylus* filiformis ſtaminibus brevior. *Stigma* capitatum.

CAPSULA generis trilocularis.

OBSERV. Colitur in frigidario, propagatur radice et ſeminibus, floret Julio Auguſto.

Lobelia goodenioides

XXXI.

I L E X. *Gen. plant. n.* 267.

TETRANDRIA *Tetragynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* 4-dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* nullus. *Bacca* tetraſperma.

ILEX *Caſine.*

ILEX foliis alternis diſtantibus ſempervirentibus lanceolatis apice ſubſerratis.

Ilex Caſine β. anguſtifolia. *Ait. Kew.* 1. *p.* 170.

Ilex (*Dahoon*) ramulis calycibusque pubescentibus, foliis laurinis ſublanceolato-oblongis rariter ſerratis, faſciculis florum pedunculatis. *Mich. fl. am.* 2 *p.* 228. *Walt. carol.* 241.

Habitat in paludoſis Carolinae Floridae. ♄.

ARBOR viginti pedalis, ramis alternis patentibus, cortice fuſco cicatriſato, juniores virides tenuiſime pubeſcentes.

FOLIA petiolata alterna bipollicaria et longiora coriacea ſaturate viridia oblongo-lanceolata integerrima vel apicem verſus in utroque latere ſerraturis binis vel tribus argutis inſtructa, ſubtus pilis brevibus ſparſis raris tecta.

PETIOLI ſemiteretes pubeſcentes.

STIPULAE lanceolato-ſubulatae marceſcentes caducae, in ramis junioribus et vernantibus.

PEDUNCULI triflori axillares vel laterales pubescentes.

CALYX monophyllus breviſimus coloratus quadridentatus, dentibus brevibus acutis.

COROLLA monopetala rotata alba, laciniis oblongis obtuſis patentibus.

STAMINA *Filamenta* quatuor ſubulata corolla breviora. *Antherae* ſubrotundae.

PISTILLUM *Germen* ovatum ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigma* globoſum ſubrotundum, centro depreſſo, leviter quadriſulcatum.

FRUCTUM nondum dedit.

OBSERV. I. Floret Julio Auguſto, propagatur taleis, aſervatur in frigidario.

OBSERVAT. II. Ilex Caſine a Catesbaeo depicta a Michaux et Walter deſcripta eſt Aitonii varietas *α.* ſed non Linnaeana planta et ſpecies diverſiſima, cui jam Millerus nomen J. carolinianae dedit. Differt a noſtra foliorum forma, ſerraturis copioſis, ramulis glabris.

OBSERVAT. III. Fere omnes hujus generis ſpecies polygamae ſunt, in noſtra enim arbore antherae imperfectae fructificationem prohibent.

Ilex Cassine.

XXXII.

EUPATORIUM. *Gen. plant. n.* 1272.

SYNGENESIA *aequalis.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus vel ſcaber. *Calyx* imbricatus oblongus. *Stylus* ſemibifidus longus.

EUPATORIUM *teucrifolium.*

EUPATORIUM foliis ſeſſilibus diſtinctis ovatis ſcabris, ſuperioribus baſi groſſe ſerratis, ſummis integerrimis. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 1753.

Habitat in Penſylvania. 24.

RADIX ramoſa perennis.

CAULIS ſesquipedalis et altior erectus teres pubeſcens, ſuperne ramoſus, ramis faſtigiatis ſimplicibus.

FOLIA oppoſita ſubſeſſilia pollicaria utrinque piloſa ſcabra ovata, inferiora groſſe ſerrata; ſuperiora etiam groſſe ſerrata, ſerraturis ad baſin profundioribus; ſumma integerrima.

FLORES corymboſi albi.

CALYX oblongus imbricatus ſexflorus, ſquamis lanceolatis hiſpidis, exterioribus brevioribus, interioribus margine membranaceis.

COROLLAE monopetalae tubuloſae quinquedentatae, dentibus lanceolatis obtuſis.

STAMINA Clasſis.

PISTILLUM *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis bifidus. *Stigmata* teretia corolla longiora patentia obtuſiuscula.

SEMINA oblonga. *Pappus* ſeſſilis albus piloſus ſcaber longitudine calycis.

RECEPTACULUM nudum.

OBSERV. Colitur in frigidario, propagatur radice, floret Auguſto, Septembri.

Eupatorium teucrifolium

CHRYSANTHEMUM. *Gen. plant. n.* 1307.

SYNGENESIA *ſuperflua.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* nudum. *Pappus* nullus. *Calyx* hemiſphaericus imbricatus, ſquamis marginalibus membranaceis.

CHRYSANTHEMUM *arcticum.*

CHRYSANTHEMUM foliis radicalibns tripartitis inciſo-dentatis, caulinis cuneiformibus tripartitis obtuſis. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2146.

Habitat in Kamtſchatka et Americae ſeptentrionalis plaga occidentali. 4.

RADIX ramoſa perennis.

CAULIS erectus vel adſcendens pedalis vel ſesquipedalis teres ſtriatus glabriuſculus, baſi ramoſus, ramis unifloris longitudine caulis.

FOLIA *radicalia* petiolata crasſiuscula glabra ſubtus ſubpunctata, baſi cuneata, tripartita, lacinia intermedia tripartita, laciniis lateralibus folii atque laciniae intermediae tridentatis.

FOLIA *caulina* ſesſilia baſi cuneata, inferiora pinnatifida, laciniis obtuſis; ſuperiora trifida, laciniis linearibus integerrimis obtuſis, ſumma floralia linearia integerrima.

FLOS amplus diſco convexo flavo, radio amplo multifloro albo-incarnato punctato.

CALYX hemiſphaericus, ſquamis exterioribus ovatis acutis, interioribus ſcarioſis obtuſus.

COROLLAE *Diſci* tubuloſae obtuſae quinquedentatae; *Radii* ligulatae baſi attenuatae, apice levisſime retuſae.

STAMINA in floribus tantum diſci. *Filamenta* quinque capillacea. *Antherae* totidem in cylindrum connatae.

PISTILLUM in floribus diſci et radii perfectum. *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum.

SEMINA oblonga tetragona nuda absque pappo vel margine membranaceo.

RECEPTACULUM convexum nudum.

OBSERV. I. Floret Auguſto, propagatur diviſione radicis et ſeminibus.

OBSERV. II. Planta ſpontanea duplo minor eſt, cauleque gaudet ſaepius unifloro. Linnaeus perperam hanc ſpeciem ad Chryſanthema radio luteo inſtructa amandavit, licet deſcriptio Gmelini abunde oſtendat, esſe radio albo vel rubicundo inſtructam.

Chrysanthemum arcticum.

F. Guimpel ad Nat. pinx.

Lud. Schmidt sculps.

PELARGONIUM. *Ait. Kew.* 2. *p.* 417.

MONADELPHIA *Heptandria.*

Char. gen. vide ſupra ad n. 17.

PELARGONIUM *inodorum.*

Pelargonium umbellis multifloris capitatis, foliis cordato-ovatis obſolete lobatis, caulibus teretibus.

Habitat ad Caput bonae ſpei? ⊙.

Radix ramoſo-fibroſa annua.

Caules plures ex una radice, ramoſo-diffuſi adſcendentes teretes glabriuſculi.

Folia oppoſita longe petiolata ovato-cordata crasſiuſcula, obſolete triloba, utrinque glabra, margine inaequaliter obtuſe dentata.

Petioli ſemiteretes pubeſcentes.

Stipulae ovatae ad baſin petiolorum ſolitariae in utroque latere marcescentes.

Pedunculus communis longus pubeſcens.

Flores umbellato-capitati numeroſi (10—12), in apice pedunculi communis.

Pedunculi proprii pubeſcentes breves.

Calyx monophyllus quinquepartitus punctato-pubeſcens, laciniis ovato-lanceolatis mucronatis. *Tubus* nectariferus brevisſimus.

Corolla pentapetala inaequalis incarnata calyce duplo major; petalis binis ſuperioribus obovatis baſi macula ſanguinea dentata ornatis; tribus inferioribus lineari-cuneatis, linea longitudinali ſanguinea inſtructis.

Stamina *Filamenta* decem alba membranacea dilatato-lanceolata, baſi cohaerentia, quorum duo brevisſima ſterilia, ſeptem vero apice filiformia antherifera. *Antherae* ſubrotundae ſanguineae.

Pistillum *Germen* pentagonum piloſum. *Stylus* ſubulatus baſi pubeſcens, *Stigmata* quinque ſanguinea patentia.

Pericarpium Generis, arillis hirſutis, ariſtis piloſis.

Semina cylindraceo-oblonga nigra laevia.

Observ. I. Colitur in olla, propagatur ſeminibus, floret aeſtate.

Observ. II. Simillimum Pelargonio ancipiti, ſed abunde diverſum, radice annua, caule ſemper tereti nec triquetro-ancipiti, umbellis capitatis, et foliis oblongo-cordatis.

Pelargonium inodorum.

TRILLIUM. *Gen. plant. n.* 620.

HEXANDRIA *Trigynia.*

Char. gen. *Calyx* triphyllus. *Corolla* tripetala. *Bacca* trilocularis.

TRILLIUM *pendulum.*

Trillium flore pedunculato cernuo, petalis ovatis planis patentibus, foliis ſubrotundo-rhombeis acuminatis. *Willd. in Nov. Act. Soc. Nat. Scrut. Berol.* 3. *p.* 421.

Habitat in Penſylvania. 4.

Radix tuberoſa ovata annulata fuſca perennis apice fibras filiformes ſimplicisſimas exſerens.

Caulis ſimplicisſimus erectus teres digitalis vel ſpithamaeus, ex apice radicis, baſi ſquamis tribus ovato-lanceolatis diaphanis adpresſis imbricatis inſtructus.

Folia tria in apice caulis patentia glaberrima ſubrotûndo-ovata obtuſe rhombea acuminata integerrima trinervia venoſa.

Pedunculus uniflorus ſolitarius in apice caulis pollicaris vel ſequipollicaris.

Flos ochroleucus ante florescentiam pendulus durante antheſi cernuus poſtea nutans.

Calyx triphyllus, foliolis oblongo-lanceolatis trinerviis patentibus.

Corolla tripetala, petalis ovatis planis patentibus trinerviis venoſis.

Stamina *Filamenta* ſex brevisſima filiformia, *Antherae* oblongae compreſſae obtuſae erectae.

Pistillum *Germen* ovatum violaceum profunde triſulcatum, *Styli* tres violacei ſubulati breves, *Stigmata* oblonga obtuſa compreſſa uncinata ochroleuca.

Baccam nondum vidi.

Observ. I. Colitur in olla, floret Aprili Majo, propagatur radice.

Observ. II. Clariſſ. Michaux in Flora boreali-americana I. p. 215. hoc cum Trillio erecto ſub nomine Trillii rhomboidei conjunxit, a quo toto coelo diverſum. Differentias ſpecificas ſequentes omnium ſpecierum loco ſupra indicato, dedi:

Trillium (*cernuum*) flore pedunculato cernuo, petalis lanceolatis ſubundulatis reflexis, foliis oblongis acutis.

Trillium (*undulatum*) flore pedunculato erecto, petalis oblongis undulatis patentibus, foliis ovatis acuminatis.

Tril-

Trillium (*erectum*) flore pedunculato erecto, petalis oblongo-lanceolatis planis patentibus foliis subrotundo-rhombeis acuminatis.

Trillium (*sessile*) flore sessili erecto, petalis lanceolato-erectis, foliis ellipticis acutis.

His accedunt binae novae species a Michaux descriptae: nempe Trillium pusillum et erythrocarpum.

Explicatio Tabulae.

Planta integra florens et caulis sterilis.

a) Gemma floris nondum aperta.

b) stamen.

c) pistillum.

Trillium pendulum.

FICUS. *Gen. plant. n.* 1613.

POLYGAMIA *Dioecia.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* commune turbinatum carnoſum connivens, occultans floſculos vel in eodem vel diſtincto.

MASC. *Calyx* tripartitus. *Corolla* nulla. *Stamina* tria.

FEMIN. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* nulla. *Piſtillum* unicum. *Semen* unicum calyce perſiſtenti tectum.

FICUS *venoſa.*

FICUS foliis ovatis ſubcordatis acutis integerrimis laevibus ſupra punctato-impreſſis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 451.

Habitat in India orientali. ♄.

CAULIS arboreus, ramis teretibus annulatis brunneis, junioribus viridibus ad baſin cujusque petioli annulo membranaceo purpuraſcente cinctis, ſub quo puncta alba.

FOLIA alterna petiolata ſemipedalia, usque pedalia et majora, ovata integerrima acuta, baſi ſubcordata, glabra, ſupra ſaturate viridia, venoſa, venis candidis, et punctis albis impreſſis ſparſis picta; infra pallidiora reticulato-venoſa, venis majoribus niveis, minimis ſaturate viridibus.

PETIOLI teretes glabri.

STIPULA ſolitaria ovato-lanceolata acuminata folium junius involvens, marceſcens decidua.

RECEPTACULA pyriformia in ramis praeteriti anni, magnitudine Ceraſi pedunculata, juniora e centro ſulcis quinque vel ſex levibus et punctis albis inſtructa, adulta laevia non punctata.

FLORES omnes feminei.

OBSERV. Colitur in caldario, floret per totam aeſtatem, fructum non perficit, propagatur facile taleis.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramulus florens, receptaculis fere adultis et foliis junioribus inſtructus.

Ficus venosa.

PELARGONIUM. *Ait. Kew.* 2. *p.* 217.

MONADELPHIA *Heptandria.*

CHAR. GEN. vide supra ad No. 17.

PELARGONIUM *penicillatum.*

PELARGONIUM pedunculis subbifloris, foliis ovatis inciso-serratis, junioribus retrorsum scabris.

Habitat ad Caput bonae spei. ♄

RADIX ramosa perennis.

CAULIS erectus ramosus fruticosus tripedalis teres fuscus.

RAMULI compressiusculi levissime pubescentes virides et rubicundi.

FOLIA opposita petiolata pollicaria et bipollicaria ovata adulta glabriuscula, juniora retrorsum, praesertim supra, scabra, irregulariter subincisa grosse serrata, serraturis apice callosis rubicundis, margine hispida.

PETIOLI teretes pubescentes pollicares supra linea exarati.

STIPULAE ovatae acuminatae solitariae oppositae inter petiolos oppositos.

PEDUNCULI geniculati uni-vel biflori rarissime triflori pubescentes.

BRACTEAE ovatae coloratae binae oppositae in geniculo pedunculi.

CALYX monophyllus quinquepartitus, laciniis lanceolatis pilosis, apice pilis binis tribusve divaricatis instructis. *Tubus* nectariferus purpureus calyce sesqui longior.

COROLLA pentapetala irregularis; petalis binis superioribus obovatis candidis, a basi ultra medium macula sanguinea cum lineis binis parallelis ramosis atrosanguineis, ornatis; tribus inferioribus lineari-lanceolatis basi angustatis obtusis candidis immaculatis.

STAMINA *Filamenta* decem alba membranacea filiformia basi dilatata in cylindrum connata, quorum tria brevissima sterilia, septem antherifera et ex his tria longiora. *Antherae* sanguineae.

PISTILLUM *Germen* pentagonum pilosum. *Stylus* subulatus sanguineus. *Stigmata* quinque filiformia reflexa.

PERICARPIUM generis arillis hirsutis, aristis pilosis.

SEMINA matura non vidi.

OBSERV. I. Colitur in olla, asservatur in frigidario, floret aestate, propagatur facile taleis.

OBSERV. II. Differt a Pelargonio specioso cui simillimum foliis ovatis inciso-serratis et pedunculis uni- vel bifloris. A Pelargonio betulino foliorum forma structuraque floris longe diversum.

Pelargonium penicillatum

NYMPHAEA. *Gen. plant. n.* 886.

POLYANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* 4- s. 5-phyllus. *Corolla* polypetala. *Bacca* multilocularis loculis polyspermis stigmate persistenti coronata.

NYMPHAEA *advena.*

NYMPHAEA foliis cordatis integerrimis, lobis divaricatis, calyce hexaphyllo petalis longiore. *Sp. pl. ed. W.* 2. *p.* 1152.

Habitat in lacubus et fluviis Americae borealis. 4

RADIX horizontalis crassa spongiosa virescens, petiolis cicatrisata, articulata, fibrisque simplicibus ad articulos instructa.

FOLIA radicalia petiolata pedalia vel sesquipedalia cordato-sagittata coriacea integerrima, lobis divaricatis acutis. Rachis subtus prominens. Venae subtus impressae.

PETIOLI tripedales semiteretes saepius emergentes.

PEDUNCULI uniflori tri- seu quadripedales teretes radicales.

CALYX hexaphyllus. Foliola tria exteriora elliptica concava reflexo-patentia externe viridia, interne sordide e rufo viridia; tria interiora subrotundo-obovata exterioribus latiora duploque majora flava basi externe virescentia conniventia.

COROLLA polypetala. Petala 12 — 14 cuneiformia retusa vel truncato-obtusa flava erecta staminibus breviora.

STAMINA *Filamenta* numerosa reflexa linearia. *Antherae* lineares truncatae loculis binis interne adnatis et dehiscentibus, apice callosae.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum angulatum. *Stylus* fere nullus. *Stigma* peltatum subrotundum integerrimum vel leviter repandum superne sulcis 11 — 14 radiatim dispositis exaratum.

FRUCTUS forte ut in Nymphaea lutea sed maturum nondum vidi.

OBSERV. I. Colitur sub dui in lacu horti nostri, floret a fine Maji ad initium fere Augusti, propagatur tantum radice cum fructus maturos nondum dedit.

OBSERV. II. Valde affinis Nymphaeae luteae nostrae sed calyce et foliis abunde discrepat. Nostra a descriptione ab Aitonio in horto Kewensi 2. p. 226. data differt: Antheris in filamento solitariis, et stigmate fere integerrimo nec 13 angulis exstantibus instructo.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

a) Folium fere adultum.

b) et c) flores.

d) ſtamina cum piſtillo.

Nymphaea advena.

F. Guimpel. fec:

NYMPHAEA. *Gen. plant. n.* 886.

POLYANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. vide ad no. 38.

NYMPHAEA *odorata.*

NYMPHAEA foliis cordatis integerrimis emarginatis, lobis divaricatis, acumine obtuso, calyce tetraphyllo. *Sp. pl. ed. W.* 2. *p.* 1153.

Habitat in Americae borealis lacubus et fluviis. ♃

RADIX praecedentis sed minor.

FOLIA radicalia petiolata orbiculato-cordata coriacea obsolete retusa integerrima, lobis acutis divaricatis, rachi media prominente, venis ramosis impressis.

PETIOLI sesquipedales compresso-teretes rubicundi.

FLORES albi leviter odori.

PEDUNCULI uniflori longitudine petioli radicales uniflori teretes.

CALYX tetraphyllus viridis basi albidus, foliolis oblongo-lanceolatis.

COROLLA polypetala alba, Petala triserialia oblonga acutiuscula exteriora majora, interiora sensim minora.

STAMINA *Filamenta* numerosa lanceolata flava interiora sensim minora. *Antherae* biloculares interiori lateri filamentorum adnatae.

PISTILLUM *Germen* subrotundum petalis et filamentis obsitum. *Stylus* nullus. *Stigma* sessile peltatum radiatum, radiis lanceolatis apice obtusis.

FRUCTUS forte ut in Nymphaea alba.

OBSERV. I. Colitur sub diu in lacu horti nostri, floret Junio, Julio, fructum nondum dedit, propagatur radice.

OBSERV. II. Valde affinis Nymphaeae albae sed omnibus partibus minor.

EXPLICATIO TABULAE.

a) *Folium.*

b) *Flos clausus.*

c) *Flos apertus.*

d) *Filamentum cum Anthera.*

a.

Nymphaea odorata.

F. Guimpel fec.

XL.

HEMIONITIS. *Swartz in Schrad. diar. bot.* 1800.

CRYPTOGAMIA *Filices.*

CHAR. GEN. *Indusium* nullum. *Capsulae* annulatae ad marginem venarum dispositae.

HEMIONITIS *dealbata.*

HEMIONITIS frondibus bipinnatifidis, pinnulis subrotundo-ovatis crenatis subtus pulverulentis crenatis.

Acrostichum ebenum. *Sp. pl.* 1528?

Habitat in America australi ad fluvium nigrum. ♃

RADIX perennis fibrosa nigra.

FRONS spithamaea bipinnatifida supra atro-viridis subtus albo-pulverulenta; pinnulis fertilibus subrotundo-ovatis crenatis, sterilibns inciso-crenatis.

STIPES atro-fuscus sulco levi exaratus basi piloso-paleaceus.

CAPSULAE subrotundae annulatae ad marginem venarum sessiles primum flavae deinde fuscae.

FRONDES PROPULLANTES circinatae albo-pulverulentae pilosae.

OBSERV. I. Colitur in tepidario, fructificat aestate et autumno, propagatur difficile radice. Requirit terram paludosam.

OBSERV. II. Similis Acrosticho Calomelano differt vero forma pinnularum frondis, fronde propullante piloso, denique capsularum dispositione.

EXPLICATIO TABULAE.

Tota planta naturali magnitudine.

a) Pinnula lente aucta cum capsulis.

b) Capsula lente aucta.

Hemionitis dealbata.

ACROSTICHUM. *Swartz in Schrad. diar. bot.* 1800.

CRYPTOGAMIA *Filices.*

CHAR. GEN. *Indusium* nullum. *Capsulae* accumulatae per totam paginam inferiorem frondis.

ACROSTICHUM *Calomelanos.*

ACROSTICHUM fronde bipinnata, pinnis attenuatis, pinnulis lanceolatis acuminatis inciso-serratis, fructiferis subintegris. *Swartz. l. c. p.* 13.

Habitat in Jamaica, inque Gujana. 4

RADIX perennis fibrosa atra.

FRONS bipinnata, pinnis circumscriptione lanceolatis attenuatis, pinnulis ovato-lanceolatis, subtus pulvere albo conspersis, sterilibus profunde inaequaliter serratis, fructiferis leviter obtuse serratis.

STIPES atro-fuscus basi pilis rarissimis dissitis obsitus.

CAPSULAE subrotundae annulatae per superficiem inferiorem absque ordine sparsae primum rufae deinde atro-fuscae.

FRONDES PROPULLANTES circinatae pulvere albo tectae absque pilis.

OBSERV. Colitur in tepidario, fructificat omni tempore, propagatur difficile radice. Crescit tantum in terra paludosa.

Acrostichum calomelanos.

CENTAUREA. *Gen. plant. n.* 1331.

SYNGENESIA *frustranea.*

CHAR. GEN. vide ad no. 26.

CENTAUREA *pubescens.*

CENTAUREA calycibus apice ciliato-spinosis, foliis caulinis pinnatifidis lineari-lanceolatis, radicalibus bipinnatifidis, laciniis lanceolatis, terminali dentata. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2322.

Patria ignota. 4

RADIX perennis ramosa nigra.

CAULIS erectus teres sulcatus pedalis lanuginoso-pubescens subramosus.

FOLIA *radicalia* spithamaea petiolata glabra pinnata; pinnis profunde pinnatifidis, laciniis oppositis lanceolatis acutis, terminali majore oblonga acuta remote serrata. Alia folia radicalia sunt breve petiolata minora pinnata, pinnis pinnatifidis; laciniis lineari-lanceolatis oppositis, terminali lanceolata vix serrata.

FOLIA *caulina* sessilia, inferiora pinnata: pinnis lineari-lanceolatis oppositis conformibus; superiora et summa pinnatifida, laciniis lineari lanceolatis.

PETIOLI foliorum radicalium semiteres glabri.

FLORES solitarii in apice caulis et ramorum.

CALYX communis ovatus imbricatus pubescens; squamis ovatis spina flavescente longa terminatis, margine fuscescentibus apicem versus cartilagineo-ciliatis.

COROLLA composita flava.

Disci tubulosa quinquepartita.

Radii tubulosa difformis inaequaliter quinquepartita deflexo-patens.

STAMINA *Filamenta* quinque capillacea, in corollis disci, brevissima. *Antherae* in cylindrum connatae.

PISTILLUM florum disci. *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis antheris longior. *Stigma* bifidum, laciniis subulatis.

PISTILLUM florum radii *Germinis* et *Styli* rudimentum.

SEMINA oblonga *Pappo* sessili setoso coronata.

RECEPTACULUM villosum.

OBSERV. Colitur in frigidario, floret aestate, propagatur divisione radicum et seminibus.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

a) Caulis florens.

b) Folium radicale parvum.

c) Folium radicale magnum.

Tab. XLII.

Centaurea pubescens

SAXIFRAGA. *Gen. plant. n.* 764.

DECANDRIA *Digynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* pentapetala. *Capsula* birostris unilocularis polysperma.

SAXIFRAGA *vernalis.*

SAXIFRAGA foliis oblongo-spathulatis serratis scapoque paniculato pilosis.

Saxifraga (*virginiensis*) tota minutim pubens, foliis ovalibus obtusis quasi petiolatis crenatis caule subaphyllo paniculato, ramulis subsessiliter alternifloris, calycibus erectis. *Mich. amer.* 1. *p.* 261.

Sanicula virginiensis alba, folio oblongo mucronato. *Pluk. phytog. t.* 222. *f.* 5.

Habitat in rupibus Pensylvaniae, Virginiae inque Carolinae montibus. 4

RADIX perennis fibrosa albido-fuscescens, latere stolones filiformes brevissimas emitttens.

FOLIA *radicalia* oblonga basi in petiolum attenuata spathulata tenuia utrinque pilis brevibus obsita, margine plus minusve serrata praesertim apicem versus. Interdum valde obsolete serrata occurrunt.

FOLIA *caulina* lanceolata integerrima ad ramificationes paniculae, ut radicalia pilosa.

SCAPUS erectus digitalis usque dodrantalis teres pilosus paniculatus, ramis alternis.

PEDUNCULI partiales breves subcorymbosi.

CALYX monophyllus inferus quinquepartitus, laciniis oblongis obtusis erectis.

COROLLA pentapetala aequalis alba, petalis oblongis obtusis.

STAMINA *Filamenta* decem subulata alba. *Antherae* globosae erectae pallide flavae.

PISTILLUM *Germina* bina oblonga supera. *Styli* crassi brevissimi. *Stigmata* peltata plana.

CAPSULA oblonga birostris unilocularis apice dehiscens polysperma.

SEMINA minutissima generis.

OBSERV. I. Colitur sub diu in loco umbroso, floret Aprili, Majo, propagatur difficile radice, semina nondum hic germinarunt.

OBSERV. II. Differt a Saxifraga leucanthemifolia: Foliis serratis nec dentatis, caulinis integerrimis, calyceque erecto.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Tota planta naturali magnitudine.

a) Pistillum magnitudine auctum.

Saxifraga vernalis.

P. Haas fil. sc.

ANEMONE. *Gen. plant. n.* 948.

POLYANDRIA *Polygynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* nullus. *Petala* 6 — 9. *Semina* numerosa.

ANEMONE *thalictroides.*

ANEMONE floribus umbellatis, foliis caulinis simplicibus verticillatis, radicalibus biternatis. *Sp. pl. ed. W.* 2. *p.* 1284.

Habitat in America boreali. 4

RADIX perennis fasciculata carnosa, tuberibus semipollicaribus teretibus apice radice subramosa instructis.

FOLIA *radicalia* longe petiolata biternata, foliolis ovatis cordatis tenuissime membranaceis obtuse tri- vel quinquedentatis nutantibus.

FOLIA *caulina* plerumque sex petiolata verticillata in apice caulis, ovata cordata obtuse tri- vel quinquedentata nutantia.

CAULIS simplicissimus foliis parum altior filiformis apice foliis dictis verticillatis et pedunculis unifloris solitariis, ternis, quinis quandoque septenis instructus.

FLORES albi erecti.

CALYX nullus.

COROLLA penta-, hexa-, hepta-, vel octopetala, petalis ovatis retusis planis nervosis patentibus.

STAMINA *Filamenta* numerosa alba capillacea apice incrassata. *Antherae* ellipticae compressae flavae.

PISTILLUM *Germina* numerosa (20) oblonga basi attenuata. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum album.

SEMINA oblonga basi attenuata.

OBSERV. I. Colitur sub diu, floret Aprili, propagatur radice et semine.

OBSERV. II. Clarissimus Michaux hanc Thalictris adnumerat, sed petala persistentia et seminum structura hanc conjunctionem dissuadent.

OBSERV. III. Plantae juniores pedunculo gaudent solitario. Variat etiam petalis rubicundis.

Anemone thalictroides.

CONVALLARIA. *Gen. plant. n.* 575.

HEXANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Corolla* sexfida, *Bacca* maculosa trilocularis.

CONVALLARIA *pubescens.*

CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus ovatis subtus pubescentibus, caule teretiusculo sulco exarato, pedunculis axillaribus subbifloris.

Habitat in Pensylvania. ♃

RADIX alba horizontalis crassiuscula nodulosa fibris sparsis simplicibus instructa.

CAULIS pedalis erectus sulco longitudinali exaratus.

FOLIA alterna ovata secunda basi leviter amplexicaulia integerrima nervosa, nervis 7 majoribus, supra saturate viridia glabra, subtus albicantia et ad nervos pilis albis obsita.

PEDUNCULI uni- vel biflori secundi nutantes axillares.

BRACTEAE binae lineares membranaceae diaphanae caducae ad pedunculorum divisionem.

CALYX nullus.

COROLLA monopetala tubuloso-campanulata albido-flavescens sexdentata, dentibus oblongis obtusis rectis, apice interne callosis.

STAMINA *Filamenta* sex filiformia corollae inserta. *Antherae* lineares basi sagittatae erectae.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Stylus* filiformis staminibus longior. *Stigma* capitatum.

BACCAM maturam non vidi.

OBSERV. I. Colitur sub diu, floret Majo, propagatur radice.

OBSERV. II. Medium quasi tenet inter Convallariam Polygonatum et multifloram, differt a binis pubescentia et forma foliorum, accedit ad Convallariam multifloram facie florum, qui tamen magis in nostra campanulati.

OBSERV. III. Occurrit in America boreali adhuc alia nondum descripta species, cui Clariss. Mühlenberg sequens nomen dedit:

CONVALLARIA *canaliculata* foliis alternis amplexicaulibus oblongis margine pubescentibus, caule canaliculato, pedunculis bifloris axillaribus.

Differt a Convallaria pubescenti: foliis oblongis glabris margine tantum tenuissime pubescentibus, corolla magnitudine et facie Convallariae Poly-

Polygonati. Hanc sub nomine Convallariae multiflorae in Flora boreali-americana indicavit Michaux p. 202.

Explicatio Tabulae.

Caulis florens magnitudine naturali.

a) Folii apex valde auctus.

a.

Convallaria pubescens.

XLVI.

HYPOCHOERIS. *Gen. plant. n.* 1246.

SYNGENESIA *aequalis.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* paleaceum. *Calyx* subimbricatus. *Pappus* plumosus.

HYPOCHOERIS *hispida.*

HYPOCHOERIS hispida, calycibus hirtis, caule ramoso, foliis lanceolatis dentatis.

Patria mihi ignota, semina sub nomine Leontodi tuberosi accepi. 4

RADIX fusca perennis fusiformis ramosa, altero aetatis anno praemorsa.

CAULIS spithamaeus erectus teres foliosus ob pedunculos elongatos ramosus.

FOLIA *radicalia* digitalia lanceolata leviter repando-dentata pilis adpressis. hispida.

FOLIA *caulina* angusto-lanceolata alterna sessilia integerrima basi utrinque dente unico, rarius binis notata; summa lineari-lanceolata.

PEDUNCULI uniflori elongati alterni folio unico vel binis tribusque lineari-lanceolatis remotis obsiti.

CALYX polyphyllus subaequalis, foliolis linearibus pilis longis rigidis patentibus externe undique tectis.

COROLLA composita semiflosculosa uniformis.

COROLLAE propriae ligulatae apice quinquedentatae flavae, marginales externe leviter violaceae.

STAMINA *Filamenta* quinque capillacea. *Antherae* in cylindrum connatae.

PISTILLUM *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* bina subulata.

SEMINA oblonga sulcis quatuor longitudinalibus striata hispida. *Pappus* plumosus stipitatus.

RECEPTACULUM planum paleaceum, paleis lanceolatis attenuatis diaphanis albis membranaceis.

OBSERV. Colitur in Frigidario, floret aestate, propagatur semine.

EXPLICATIO TABULAE.

Tota planta florens.

a) Semen magnitudine naturali.

b) Idem auctum.

c) Palea naturali magnitudine.

Hypochoeris hispida.

LEONTODON. *Gen. plant. n.* 1237.

SYNGENESIA *aequalis.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* nudum. *Calyx* duplex. *Pappus* stipitatus pilosus.

LEONTODON *obovatus.*

LEONTODON calyce exteriore patulo, squamis ovatis, scapo unifloro, foliis obovatis obtusiusculis dentatis. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 1546.

Habitat in Hispania. 4

RADIX perennis fusca perpendicularis fusiformis crassitie pennae columbinae.

FOLIA *radicalia* petiolata glabra; in juniore planta obovata apice rotundata acutiuscula integerrima, a medio ad basin versus breve denticulata, basi in petiolum decurrentia; in planta seniore profunde runcinato-lyrata.

SCAPI uniflori teretes foliis duplo fere longiores erecti glabri ab apice ad medium pilis sparsis obsiti.

FLORES flavi ab hora meridiana duodecima ad primam tantum sereno coelo aperti, alio tempore clausi.

CALYX duplex; exterior polyphyllus, foliolis subaequalibus ovato-lanceolatis patulis, interior conicus polyphyllus, foliolis aequalibus linearibus.

COROLLA composita uniformis semiflosculosa.

COROLLAE propriae ligulatae apice truncatae dentatae.

STAMINA *ilamenta* quinque capillacea. *Antherae* in cylindrum connatae.

PISTILLUM *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* bina lanceolata revoluta.

SEMINA oblonga basi attenuata sulcis quatuor longitudinalibus exarata apice squamosa. *Pappus* stipitatus pilosus.

RECEPTACULUM planiusculum nudum punctatum.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, floret Aprili, propagatur seminibus.

OBSERV. II. Figuram plantae biennis dedi, quae nunc in tertio aetatis anno folia nonnulla profunde runcinato-lyrata produxit, forma a Leontodo Taraxaco valde diversa. Differt ab hoc praecipue calyce patulo et flore tantum meridie sereno tempore aperto, quum flores in Taraxaco per totam diem non sint clausi.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Integra planta.

a) Semen cum pappo naturali magnitudine.

b) Semen auctum absque pappo.

Leontodon obovatus.

F. Guimpel. fec.

XLVIII.

BORBONIA. *Gen. plant. n.* 1165.

DIADELPHIA *Decandria.*

CHAR. GEN. *Stigma* emarginatum. *Calyx* acuminato-spinosus. *Legumen* mucronatum.

BORBONIA *alata.*

BORBONIA foliis ovatis leviter cordatis mucronatis multinerviis denticulatis, ramis alatis.

Habitat ad Promontorium bonae spei. ♄

CAULIS fruticosus tripedalis ramosus teres fuscus, ramis alternis ancipitibus a basi foliorum decurrentium alatis, ala foliacea hinc inde denticulata.

FOLIA alterna pollicaria ovata basi leviter cordata sessilia, apice mucrone tenui recto armata, multinervia glabra, margine denticulis rubicundis obtusis obsita.

FLORES quatuor vel quinque pedunculati, in apice caulis et ramorum, flavi.

CALYX monophyllus campanulatus bilabiatus; Labium superius inferiore brevius bipartitum, laciniis lanceolatis mucronatis; Labium inferius tripartitum, laciniis lanceolatis mucronatis, intermedia angustiore et longiore.

COROLLA papilionacea. *Vexillum* oblongum obtusum basi unguiculatum externe sericeo-pubescens. *Alae* oblongae lanceolatae obtusae late unguiculatae ad marginem superiorem tenuissime transversim undulatae. *Carina* diphylla unguiculata falcata obtusa cohaerens.

STAMINA *Filamenta* decem in cylindrum connata apice libera filiformia. *Antherae* ellipticae compressae biloculares erectae.

PISTILLUM *Germen* lanceolatum compressum. *Stylus* subulatus adscendens. *Stigma* capitatum papillosum vix emarginatum.

LEGUMEN lanceolatum stylo persistenti instructum pubescens compressum subtetraspermum.

SEMINA oblonga fusca.

OBSERV. Colitur in frigidario, floret Junio Julio, propagatur taleis et seminibus, requirit terram levem arenosam pauca argilla mixtam.

Borbonia alata.

RICINUS. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1464.

MONOECIA *Monadelphia.*

CHAR. ESSENT. MAS. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* nulla. *Stamina* numerosa.

FEMINA. *Calyx* tripartitus. *Corolla* nulla. *Styli* tres bifidi. *Capsula* trilocularis. *Semen* unicum.

RICINUS *viridis.*

RICINUS foliis peltatis palmatis, lobis oblongis dentatis, intermedio obsolete trilobo, caule herbaceo pruinoso, stigmatibus sex simplicibus, capsulis echinatis.

Habitat in India orientali. ⊙

RADIX annua ramosa fibrosa.

CAULIS orgyalis vel sesquiorgyalis erectus herbaceus fistulosus teres sulcis aliquot obsoletis insculptus et pruina tenui tectus laete viridis.

FOLIA alterna petiolata peltata ampla saepe diametro sesquipedali palmata novemloba utrinque viridia glabra, lobis oblongis acuminatis inaequaliter dentatis, terminali reliquis majore et in foliis amplissimis subtrilobo.

PETIOLI longi teretes pruinosi prope basin folii sub lobis minoribus glandula solitaria vel gemina et insertionem versus glandulis binis distantibus instructi. Numerus glandularum variat.

GLANDULAE scutelliformes depresso-marginatae subsessiles.

STIPULAE oblongae striatae glaucescentes caducae binae post casum lineam circularem relinquentes.

RACEMUS pedunculatus folio oppositus.

FLORES masculi et feminei intermixti fasciculatim sex simul pedunculis filiformibus suffulti erumpentes. *Fasciculi* alterni basi bracteis emarcidis instructi.

FLORES masculi.

CALYX monophyllus bi- tri- quadri- vel quinquepartitus, laciniis oblongo-lanceolatis inaequalibus.

COROLLA nulla.

STAMINA *Filamenta* numerosa filiformia dichotoma ex uno puncto prodeuntia. *Antherae* globosae didymae.

FLORES

Flores feminei.

Calyx monophyllus tripartitus pruinosus laciniis lanceolatis unica saepius apice bifida.

Pistillum *Germen* pruinosum oblongo-ovatum echinatum. *Stigmata* sex sordide lateritia pubescentia, quorum duo basi leviter cohaerent.

Capsula elliptica echinata trilocularis.

Semen ellipticum variegatum in quolibet loculo solitarium.

Explicatio Tabulae.

Apex caulis magnitudine naturali.

Flos femineus naturali magnitudine.

Ricinus viridis

CLUYTIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1526.

DIOECIA *Gynandria.*

CHAR. ESSENT. MAS. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* pentapetala. *Nect.* glandulosum. *Stam.* 5 rudimento pistilli inserta.

FEMINA. *Cal.* et *Cor.* maris. *Styli* 3. *Capsula* trilocularis. *Semen* unicum.

CLUYTIA *alaternoides.*

CLUYTIA foliis sessilibus lineari-lanceolatis acutis, floribus axillaribus solitariis.

Cluytia (*alaternoides*) foliis subsessilibus lineari-lanceolatis floribus solitariis erectis. *Sp. pl.* 1475.

Croton foliis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 444.

Tithymalus arboreus, aethiopici mezerei germanici foliis, flore pallido. *Pluk. phyt.* 230. *f.* 1.

Habitat ad Caput bonae spei. ♄

FRUTEX pyramidalis tri- vel quadripedalis erectus ramosus, femineum tantum in horto nostro excolimus.

RAMI cortice fusco tecti, juniores et ramuli teretes sulcis decurrentibus foliorum sessilium instructi.

FOLIA alterna sessilia lineari-lanceolata avenia basi attenuata, integerrima, apice acuta, supra laete e glauco viridia, subtus flavo-viridia, utrinque glabra.

FLORES breve pedunculati axillares solitarii bracteis binis oblongo-lanceolatis ad basin pedunculi suffulti.

FLOS FEMINEUS.

CALYX pentaphyllus albido-virescens, foliolis oblongis acutis patentibus.

COROLLA pentapetala alba, petalis obovatis calyce duplo brevioribus.

NECTARIUM *Glandulae* tres ad basin cujuslibet calycis folioli connexae.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Styli* tres breves filiformes divaricati. *Stigmata* bina patentia.

FRUCTUM ob maris defectum nondum dedit.

OBSERV. I. Figura Plukenetii pessima, Burmanni figurae vix ad hanc plantam pertinent et Commelini citatum potius ad Cluytiam daphnoidem spectat.

OBSERV. II. Colitur in Frigidario, propagatur taleis. Floret hyeme Februario mense.

Cluytia alaternoides.

CLUYTIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1526.

DIOECIA *Gynandria.*

CHAR. ESSENT. vide ſupra ſub antecedente numero.

CLUYTIA *polygonoides.*

CLUYTIA foliis ſeſſilibus obovatis acutis, pedunculis ſubtrifloris axillaribus.

Cluytia (*polygonoides*) foliis lanceolatis, floribus geminis pedunculatis. *Sp. pl.* 1475. *excluſis ſynonymis.*

Habitat ad Caput bonae ſpei. ♄

FRUTEX tripedalis erectus ramis patulis.

RAMI cicatriſati bunneo-fuſci teretes, juniores a linea foliorum decurrente ſulcati.

FOLIA ſeſſilia obovata acuta avenia integerrima ſupra ſaturate viridia ſubtus glauca.

STIPULAE parvae oblongae ſcarioſae.

PEDUNCULI axillares bi- vel triflori rarius quadriflori folio breviores.

FLORES MASCULI: (femineos non vidi.)

CALYX pentaphyllus patens albido-vireſcens, foliolis obovatis obtuſis.

COROLLA pentapetala alba, petalis obovatis obtuſis fere longitudine calycis.

NECTARIUM *Squamae* glanduloſae trifidae in quolibet calycis foliolo et *Glandulae* binae ad baſin cujuslibet petali.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia rudimento piſtilli inſerta. *Antherae* ſubrotundae biloculares.

RUDIMENTUM PISTILLI columnare apice truncatum rubicundum ſtigma mentiens.

OBSERV. I. Facies Polygoni fruteſcentis. Figura Burmanni non hujus ſpeciei, forte ſequentis.

OBSERV. II. Colitur in Frigidario, floret Februario, propagatur taleis, ſemina enim ut praecedens ob defectum ſexus alterius dare recuſavit.

Cluytia polygonoides

F. Guimpel fec:

CLUYTIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1526.

DIOECIA *Gynandria.*

CHAR. ESSENT. vide numero 50.

CLUYTIA *daphnoides.*

CLUYTIA foliis ſubſeſſilibus lanceolato-obovatis retuſis, floribus axillaribus ſolitariis.

Alaternoides africana telephii legitimi imperati folio. *Comm. hort.* 2. *p.* 3. *t.* 3.

Habitat ad Caput bonae ſpei. ♄

FRUTEX bipedalis ramoſus divaricatus.

RAMI teretes cinereo-fuſci cicatriſati, juniores glauco-virides.

FOLIA lanceolato-obovata breviſſime petiolata integerrima obtuſa retuſa, ſupra ſaturate viridia, ſubtus pallida obſolete venoſa.

FLORES axillares ſolitarii pedunculati, femineos tantum vidi.

CALYX pentaphyllus patens, foliolis oblongis obtuſis.

COROLLA pentapetala albido-ochroleuca, petalis obovatis retuſis, calycis foliolis parum majoribus.

NECTARIUM *Glandulae* tres conjunctae in quolibet calycis foliolo.

PISTILLUM *Germen* ovatum ſuperum. *Styli* tres divaricati. *Stigmata* bifida divergentia.

FRUCTUM ob maris defectum nondum dedit.

OBSERV. Colitur in Frigidario, floret Martio quandoque etiam ſero autumno, propagatur taleis.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens.
Flos magnitudine auctus.
Piſtillum auctum.

Cluytia daphnoides

J. Guimpel fec.

HERACLEUM. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 477.

PENTANDRIA *Digynia.*

CHAR. ESSENT. *Involucrum* caducum. *Corolla* difformis inflexo-emarginata. *Fructus* ellipticus emarginatus compreſſus ſtriatus marginatus.

HERACLEUM *gummiferum.*

HERACLEUM foliis ſimplicibus cordatis trilobis dentatis ſubtus pubeſcentibus.

Habitat in Africa ♂.

RADIX fuſiformis ſpithamaea carnoſa biennis apice divisa albida.

CAULIS tripedalis ramoſus erectus pollice baſi craſſior profunde ſulcatus pilis ſparſis obſitus; ramis oppoſitis divaricatus.

FOLIA radicalia ſpithamaea cordata triloba dentata ſubtus pubeſcentia, petiolis tereti-canaliculatis ſulcatis; caulina oppoſita ſubcordata tri-vel quadripollicaria dentata, petiolis baſi margine foliaceis ventricoſo-vaginatis.

UMBELLA ampliſſima multiradiata, umbellulis multifloris convexis.

INVOLUCRUM univerſale polyphyllum foliolis lineari-lanceolatis deciduis; partiale polyphyllum ſubperſistens.

FLORES marginales hermaphroditi radiati, centrales aequales hermaphroditi absque germine.

CALYX margo obsoletus.

COROLLAE *marginales* pentapetalae inaequales, petalis binis exterioribus obcordatis dilatatis magnis, tribus interioribus inflexo-cordatis duplo minoribus; *centrales* pentapetalae aequales, petalis inflexo-cordatis.

STAMINA *Filamenta* quinque capillacea. *Antherae* ſubrotundae.

PISTILLUM *Germen* in floribus centralibus nullum, in floribus marginalibus oblongum inferum. *Styli* bini breviſſimi corpori glanduloſo inſerti. *Stigmata* capitata.

FRUCTUS oblongus leviter emarginatus. *Semina* bina hinc convexa marginata leviſſime ſtriata, inde plana.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, floret Junio Julio, ſemina dat autumno, propagatur ſeminibus. Semina hoc anno imperfecta dedit.

OBSERV. II. Hujus plantae ſemina semper in Gummi ammoniaco inveni, quae ſaepe ſaepius diſſeminavi, ſed nunquam germinarunt, tandem

Tab. LIII.

Heracleum gummiferum.

F. Guimpel. fec.

Tab. LIV.

Heracleum gummiferum.

SCROPHULARIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1014.

DIDYNAMIA *Angioſpermia.*

Char. essent. *Calyx* quinquefidus. *Corolla* ſubgloboſa reſupinata. *Capſula* bilocularis.

SCROPHULARIA *lyrata.*

Scrophularia foliis interrupte pinnatis oblongis ſubcordatis baſi inaequalibus, panicula terminali, pedunculis dichotomis.

Scrophularia ebulifolia. *Linck. in litt.*

Habitat in Luſitania. 4

Caulis bi- ſ. tripedalis tetragonus glaber baſi ramis oppoſitis brevibus tetragonis hirtis inſtructus.

Folia radicalia et caulina inferiora lyrato-interrupte-pinnata utrinque hirſuta reticulata rugoſo-venoſa. Foliolum terminale bi- vel tripollicare oblongo-ovatum baſi ſubcordatum obtuſe duplicato-dentatum, Foliola lateralia oppoſita minora plerumque ſex oblonga obtuſe dentata baſi inaequalia pollicaria vel ſesquipollicaria. Foliola minora interjecta oppoſita ſex oblonga unguicularia dentata. Folia ſuperiora ternata oppoſita, ſumma ſimplicia cum foliolis binis baſi auriculata.

Panicula terminalis ſimplex racemoſa e racemis dichotomis oppoſitis diſſitis compoſita.

Pedunculi breves uniflori in dichotomia racemi, pilis brevibus glanduloſis obſiti.

Bracteae lanceolato-oblongae obtuſae ſeſſiles ut pedunculi glanduloſo-piloſi.

Calyx quinquepartitus perſiſtens, laciniis oblongis obtuſis apicem verſus membranaceis.

Corolla monopetala obſcure purpurea. *Tubus* globoſus calyce major. *Labium ſuperius* bipartitum laciniis oblongo-ſubrotundis imbricatis appendice ſubrotunda inſtructis. *Labium inferius* tripartitum, laciniis lateralibus ſubrotundo-truncatis, intermedia viride-flaveſcens revoluta.

Stamina *Filamenta* quatuor didynamia ſuperne incraſſata alba, glandulis rubris pedicellatis obſita. *Antherae* reniformes.

Pistillum *Germen* ovatum ſuperum. *Stylus* deflexus. *Stigma* obtuſum.

Capsula ſubrotundo-ovata bilocularis bivalvis polyſperma.

Semina oblonga nigricantia receptaculis binis centralibus affixa.

Observ. I. Colitur in frigidario, floret Junio, Julio, Auguſto, ſemina autumno maturat, propagatur ſeminibus et diviſione radicis.

Observ. II. Tabula jam inſculpta a Clariſſ. Linck hujus plantae, cujus patria mihi ignota erat, ſpecimen ſiccum ſub nomine S. ebulifoliae accepi. Ceterum valde affinis S. ſambucifoliae, cui vero corollae multo majores et habitus diverſus.

Explicatio Tabulae.

Caulis florens cum folio radicali in naturali magnitudine.

Scrophularia Cyrata.

SCROPHULARIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1014.

DIDYNAMIA *Angioſpermia.*

CHAR. ESSENT. vide ſupra n. 55.

SCROPHULARIA *tanacetifolia.*

SCROPHULARIA foliis pinnatis, foliolis oblongis inciſo-dentatis, panicula terminali, pedunculis dichotomis.

Habitat in America boreali? 4

CAULIS bi- vel tripedalis baſi ramoſus erecto-patens tetragonus glaber.

FOLIA oppoſita petiolata pinnata. Foliolis oblongis oppoſitis baſi inaequalibus utrinque glabris inciſo-dentatis ſeſſilibus ſummis confluentibus.

INFLORESCENTIA praecedentis.

BRACTEAE lineares obtuſae.

CALYX quinquepartitus, laciniis oblongis obtuſis margine membranaceis.

COROLLA obſcure purpurea monopetala. *Tubus* globoſus magnitudine calycis. *Labium ſuperius* bifidum, laciniis oblongo-ſubrotundis imbricatis appendice ſubrotunda inſtructis. *Labium inferius* tripartitum praecedentis.

STAMINA *Filamenta* quatuor didynamia alba apice incraſſata glandulis vioiaceis pedicellatis ſparſis obſita. *Antherae* reniformes.

PISTILLUM praecedentis.

CAPSULA et SEMINA praecedentis.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, etiam ſub diu quandoque durat, floret aeſtate, autumno ſemina maturat, propagatur ſeminibus et diviſione radicis.

OBSERV. II. Germinavit in terra ex America boreali cum plantis miſſa.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus naturali magnitudine.

a. Folium radicale.

Scrophularia tanacetifolia.

F. Guimpel fec

SCROPHULARIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1014.

DIDYNAMIA *Angiospermia.*

CHAR. ESSENT. vide n. 55.

SCROPHULARIA *lucida.*

SCROPHULARIA foliis glabris subcarnosis, inferioribus pinnatis, pinnis pinnatifidis superioribus cuneiformibus subincisis, panicula terminali subfolioſa.

Scrophularia foliis inferioribus bipinnatis subcarnosis glaberrimis racemis bipartitis. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 277.

Habitat in Oriente, Italia. 4

CAULIS sesqui- vel bipedalis tetragonus glaber.

FOLIA glaberrima subcarnosa, radicalia et inferiora pinnata, foliolis oppositis oblongis pinnatifidis obtuse dentatis; superiora cuneiformia apice trifida vel indivisa, basi praesertim inferne foliolis binis pinnatifidis auriculata.

PANICULA folioſa terminalis, pedunculis alternis dichotomis, floribus in dichotomia sessilibus.

BRACTEAE oblongae integerrimae.

CALYX quinquepartitus, laciniis oblongis obtusis albo-marginatis.

COROLLA rubra. *Tubus* globosus albus magnitudine calycis. *Labium superius* bipartitum, laciniis obovatis imbricatis basi appendice subrotunda instructis, *Labium inferius* tripartitum, laciniis subrotundo-truncatis, intermedia revoluta alba.

STAMINA *Filamenta* didynamia quatuor alba apice incrassata. *Antherae* reniformes.

PISTILLUM et FRUCTUS praecedentium.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, floret Junio, Julio, semina Septembri maturat, propagatur seminibus et radice.

OBSERV. II. Figura Tournefortii mala, hinc meliorem curavi.

EXPLICATIO TABULAE.

Panicula florens et folium radicale naturali magnitudine.

Scrophularia lucida.

SCROPHULARIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1014.

DIDYNAMIA *Angioſpermia.*

CHAR. ESSENT. vide n. 55.

SCROPHULARIA *multifida.*

SCROPHULARIA foliis bipinnatis, pinnulis acute inciſo-dentatis, panicula terminali pedunculis dichotomis.

Habitat - - - - 4

CAULIS pedalis erectus tetragonus glaber.

FOLIA glabra, radicalia petiolata bipinnata, foliolis lanceolatis inciſo-dentatis acutis; caulina pinnata, foliolis pinnatifido-inciſis; ſumma tripartita, lacinia intermedia longiore dentata.

PANICULA terminalis, pedunculis alternis, inferioribus dichotomis, ſuperioribus trifloris, floribus pedunculatis.

CALYX quinquepartitus, laciniis ſubaequalibus oblongis margine membranaceis.

COROLLA rubra. *Tubus* globoſus calyce major. *Labium ſuperius* bipartitum, laciniis obovato-oblongis obtuſis imbricatis appendice ſubrotunda vireſcente baſi inſtructis. *Labium inferius* tripartitum, laciniis lateralibus ſubrotundo-truncatis, intermedia acutiuſcula revoluta vireſcente.

STAMINA *Filamenta* quatuor didynamia alba apice incraſſata glandulis raris violaceis pedicellatis obſita. *Antherae* reniformes.

PISTILLUM et FRUCTUS antecedentis.

OBSERV. Colitur in frigidario, floret et fructificat cum praecedentibus, eodemque modo propagatur.

EXPLICATIO TABULAE.

Caulis ſuperior pars florens naturali magnitudine.

a. Folium radicale.

Scrophularia multifida

SCROPHULARIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1014.

DIDYNAMIA *Angiospermia.*

Char. essent. vide n. 55.

SCROPHULARIA *chrysanthemifolia.*

Scrophularia foliis glabris radicalibus bipinnatifidis, caulinis pinnatis, panicula foliosa, pedunculis dichotomis, laciniis labii inferioris lateralibus emarginatis.

Scrophularia canina. *β. Sp. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 277.

Scrophularia orientalis chrysanthemi folio, flore minimo atropurpureo *Tournef. cor.* 9.

Habitat in Tauria 24.

Caulis erectus sesqui-vel bipedalis teretiusculus vel obsolete tetragonus ramosus virgatus.

Folia radicalia et inferiora bipinnatifida glabra, laciniis lanceolatis acutis, caulina pinnata, pinnis linearibus integerrimis, terminali majore, cuneata apice dentata vel inciso-dentata, summa tripartita.

Panicula simplex pedunculis alternis dichotomis, floribus breviſſime pedunculatis.

Bracteae lineari-lanceolatae acutae.

Calyx quinquepartitus, laciniis oblongis margine membranaceis.

Corolla saturate violacea. *Tubus* globoso-oblongus calyce major. *Labium superius* bifidum, undulatum albo-marginatum, laciniis subrotundis imbricatis adscendentibus cum appendice oblonga alba. *Labium inferius* tripartitum albo-marginatum, laciniis lateralibus subrotundis emarginatis quandoque incisis, intermedia violacea emarginata vel bifida reflexa.

Stamina *Filamenta* quatuor didynamia subulata deflexa pilis glanduloſis obsita, inferne purpureis, superne albis. *Antherae* reni formes.

Pistillum *Germen* ovatum superum. *Stylus* subulatus staminibus parum longior. *Stigma* viresćens simplex obtusum.

Fructus Generis.

Observ. Colitur in frigidario, floret aestate in serum usque autumnum, propagatur ut reliquae species.

Expli-

Explicatio Tabulae.

Superior caulis pars naturali magnitudine.

a. et b. folia radicalia.

Scrophularia chrysanthemifolia

LX.

STACHYS. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 974.

DIDYNAMIA *Gymnoſpermia.*

CHAR. GEN. *Corollae* labium ſuperius fornicatum, labium inferius lateribus reflexum, intermedia majore emarginata. Stamina deflorata verſus latera reflexa.

STACHYS *molliſſima.*

STACHYS verticillis ſpicatis ſexfloris, tubo calycis dentibus patulis breviore, galea corollae emarginata, foliis ovatis ſerratis molliſſime pubeſcentibus.

Habitat in inſula Corfu. ♃.

CAULIS tetragonus erectus pedalis vel ſesquipedalis baſi ramoſus et ſuffruticoſus pubeſcens.

FOLIA oppoſita ovata, infima ſubcordata groſſe ſerrata venoſa utrinque molliſſime pubeſcentia.

PETIOLI pubeſcentes ſemiteretes.

FLORES in apice caulis verticillato-ſpicati, verticillis ſeſſilibus ſexfloris.

CALYX monophyllus tubuloſus profunde quinquepartitus, laciniis ovato-lanceolatis tubo longioribus patentibus.

COROLLA monopetala ringens. *Tubus* calyce parum longior. *Labium ſuperius* oblongum erectum fornicatum apice acute emarginatum. *Labium inferius* tripartitum, laciniis lateralibus oblongis obtuſis reflexis apice ſubemarginatis, intermedia maxima obcordata plana.

STAMINA *Filamenta* didynamia quatuor purpurea filiformia deflorata ad latus deflexa. *Antherae* purpureae oblongae.

PISTILLUM *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis longitudine ſtaminum longiorum. *Stigma* bifidum.

SEMINA quatuor nuda oblonga in fundo calycis.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, floret Julio Auguſto, ſemina autumno maturat, propagatur ſeminibus.

OBSERV. II. Valde affinis Stachydi circinatae cui folia ſuperiora ſaepius ovata, differt vero: foliis molliſſimis, calycis dentibus patentibus multo majoribus; corolla triplo fere majore, et ſtatura minori. Comparationis cauſa flores Stachydis circinatae ad latus ſunt depicti.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Caulis florens naturali magnitudine.

a. Flos Stachydis circinatae antice ſpectatus naturali magnitudine.

b. Ejusdem flos a latere adſpectus.

c. Ejusdem calyx.

Stachys mollissima

LXI.

RIBES. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 390.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* quinquefidus. *Petala* 5 et *Stamina* calyci inserta. *Stylus* bifidus. *Bacca* polysperma infera.

RIBES *triflorum.*

RIBES aculeis solitariis, pedunculis bi-vel trifloris, baccis laevigatis.

Habitat in America boreali. ♄.

FRUTEX tri-vel quadripedalis, ramis teretiusculis cinereo-fuscis reclinatis.

ACULEI solitarii sub ramulis subulati recti.

FOLIA alterna petiolata quinqueloba utrinque nitida, supra saturate viridia, subtus pallidiora, lobis oblongis dentatis.

PETIOLI semiteretes, juniores ciliati.

PEDUNCULI triflori, interdum biflori, filiformes, pedicellis alternis bractea suffultis.

BRACTEAE membranaceae ovatae amplexicaules margine ciliatae, semper solitariae, in pedunculo terminali geminatae, quarum altera minor.

FLORES luteo-virescentes, masculi hermaphroditis misti, terminalis plerumque hermaphroditus, laterales masculi cum germine absque stylo.

CALYX tubuloso-campanulatus quinquefidus, laciniis lanceolatis, longitudine tubi, patentibus, externe flavo-viridibus interne ad marginem et basin rubicundis, fauce barbatis.

PETALA quinque margini calycis inserta, alba vel pallide rubra, lanceolato-obovata, laciniis calycinis duplo fere breviora.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia calyci margine inserta et longitudine laciniarum ejusdem. *Antherae* oblongae incumbentes. *Pollen* albido-flavescens.

PISTILLUM *Germen* subrotundo-obovatum glaberrimum inferum. *Stylus* filiformis bifidus inferne glaber a medio ad divisuram usque barbatus. *Stigmata* plano-capitata.

BACCA globosa rubicunda acidula magnitudine pisi majoris glaberrima.

SEMINA ovata plerumque imperfecta.

OBSERV. I. Colitur sub diu, floret Majo, rarius Julio baccas perficit, propagatur divisione.

OBSERV. II. Ab omnibus Grossulariis pedunculis trifloris diversum, ultimae speciei simillimum, sed baccis inermibus distinctissimum.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Ramus florens.

a) Ramulus cum fructu maturo.

Ribes triflorum

ANTHEMIS. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1312.

SYNGENESIA *superflua.*

CHAR. GEN. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus s. margo membranaceus. *Calyx* hemisphaericus subaequalis. *Flosculi* radii plures quam 5.

ANTHEMIS *rigescens.*

ANTHEMIS foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis subdentatis rigidis, paleis oblongis acuminatis.

Habitat — — — — 4.

RADIX ramosa fusca perennis.

CAULIS bipedalis erectus ramosus teres pilis raris adpressis obsitus.

FOLIA alterna sessilia bipinnatifida sesqui-vel bipollicaria, circumscriptione oblonga, pinnis linearibus, infimis minoribus, pinnatifidis, laciniis lanceolatis subdentatis acutis apice rigidis.

PEDUNCULI terminales solitarii uniflori sub flore incrassati.

CALYX *communis* hemisphaericus imbricatus, squamis ovatis acutis, interioribus longioribus margine sphacelatis.

COROLLA *communis* composita radiata, *disco* plano flavo hermaphrodito, *radio* copioso plano albo femineo.

COROLLA *propria* hermaphroditi tubulosa quinquedentata, dentibus ovatis acutis erectis subpatulis.

COROLLA *propria* feminei ligulata oblongo-lanceolata basi parum tubulosa, binervata, apice subtridentata.

STAMINA hermaphroditi. *Filamenta* quinque filiformia. *Antherae* totidem in cylindrum connatae.

PISTILLUM hermaphroditi. *Germen* subtetragonum oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bipartitum.

PISTILLUM feminei ut in hermaphrodito.

SEMINA oblonga subtetragona sulcata corona membranacea repanda instructa.

RECEPTACULUM convexiusculum paleaceum. *Paleae* obovato-oblongae longissime acuminatae.

OBSERV. I. Colitur sub diu et in olla, floret a fine Julii in serum usque autumnum, semina autumno perficit, propagatur facile seminibus.

OBSERV. II. Accedit ad A. altissimam sed radice perenni, floribus majoribus, palearum forma, foliisque diversa. Quoad radicem perennem similis A. maritimae, sed foliis, paleis, corona seminum distinctissima.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Ramus florens naturali magnitudine.

a) semen maturum naturali magnitudine.

b) idem auctum.

c) palea magnitudine naturali.

d) eadem lente aucta.

Tab. LXLII

Anthemis rigescens

F. Guimpel fec

STATICE. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 527.

PENTANDRIA *Pentagynia.*

CHAR. GEN. *Cal.* monophyllus integer plicatus scariosus. *Petala* 5. *Semen* unicum superum calyce tectum.

STATICE *spathulata.*

STATICE foliis obovato-spathulatis acutis, scapo ramoso-paniculato, floribus secundis.

STATICE *spathulata* foliis radicalibus spathulatis obovatis glaucis integerrinis longe petiolatis, scapo tereti, ramis paniculatis, floribus racemosis secundis. *Desfont. atl.* 1. *p.* 275.

Habitat in Barbariae rupibus. 4.

RADIX perennis ramosa rufescens.

FOLIA radicalia sempervirentia caespitosa sesqui-vel bipollicaria obovato-spathulata acuta, utrinque viridia, subtus pallidiora, glabra, tri-vel quinquenervia, margine cartilaginea. In exsiccata planta folia glauca evadunt et margo cartilaginea fere evanescit.

SCAPI pedales et altiores teretes ramosi paniculati glabri, ramis divaricatis ramulisque alternis.

BRACTEA ovata vaginata ad basin cujuslibet rami et floris.

FLORES violacei sessiles in spica unilaterali.

CALYX monophyllus basi tubulosus superne explanatus membranaceus diaphanus quinqueplicatus et striis quinque adornatus.

PETALA quinque obovata emarginata patentia basi cohaerentia.

STAMINA *Filamenta* quinque subulata petalis inserta et corolla breviora. *Antherae* subrotundo-oblongae flavae incumbentes.

PISTILLUM *Germen* oblongum parvum. *Styli* quinque filiformes. *Stigmata* acuta.

SEMEN unicum calyce obductum et pericarpii adinstar inclusum.

OBSERV. I. Floret aestate, semina autumno perficit, asservatur in frigidario et divisione seminibusque propagatur.

OBSERV. II. Sub nomine S. auriculaefoliae accepimus semina, sed ab hac scapo ramoso satis diversa.



Statice spathulata

F. Guimpel fec.

ASPALATHUS. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1168.

DIADELPHIA *Decandria.*

CHAR. GEN. *Calyx* quinquefidus, lacinia superiore majore. *Legumen* ovatum muticum subdispermum.

ASPALATHUS *hispida.*

ASPALATHUS foliis fasciculatis filiformibus obtusis piloso-hispidis, floribus axillaribus, laciniis calycis flore brevioribus. *Spec. pl. ed. W.* 3. *p.* 956.

Habitat ad Caput bonae spei. ♄.

FRUTEX erectus sesquipedalis ramosus, ramis teretibus fusco-purpureis, junioribus pilosis, ramulis brevibus viridibus hirtis.

FOLIA octo vel decem in fasciculum collecta, lineari-filiformia obtusiuscula, apicem versus rubicunda, pilis tenuibus patentibus praesertim margine obsita.

FLORES sub apice rami in centro fasciculi foliorum sessiles solitarii.

CALYX monophyllus campanulatus externe hirtus quinquefidus, laciniis lanceolatis acutis tubum calycis aequantibus, suprema parum reliquis majore.

COROLLA papilionacea tetrapetala. *Vexillum* album obovato-lanceolatum obtusum late unguiculatum reflexum externe pilosum; *Alae* cuneiformes obliquae albae glabrae carina breviores et adpressae; *Carina* oblonga subfalcata acuta compressa sanguinea externe hirta.

STAMINA *Filamenta* decem in cylindrum superne fissum connata apice libera subulata. *Antherae* flavae oblongae.

PISTILLUM *Germen* oblongum superum pubescens. *Stylus* adscendens subulatus. *Stigma* acutum.

FRUCTUM maturum nondum dedit.

OBSERV. Colitur in frigidario, requirit terram e sabulo et argilla mistam, floret Julio, propagatur difficile taleis.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens naturali magnitudine.

a. Flos lente auctus.

b. Folium microscopio visum.

Aspalathus hispida

F. Guimpel fec.

PLECTRANTHUS. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 987.

DIDYNAMIA *Gymnospermia.*

CHAR. GEN. *Calyx* 5-dentatus, lacinia suprema majore. *Corolla* resupinata ringens, tubo sursum gibbo vel calcarato.

PLECTRANTHUS *parviflorus.*

PLECTRANTHUS nectario gibboso, racemis compositis, pedunculis unifloris verticillatis, caule suffruticoso glabriusculo.

Habitat — — — — ♄.

RADIX ramosa fibrosa.

CAULIS fruticosus bipedalis ramosus teres succulentus rubicundus, pilis raris dissitis rectis obsitus, ramis oppositis.

FOLIA opposita petiolata pollicaria vel tripollicaria cordato-ovata acuta grosse serrata venosa subcarnosa pubescentia.

RACEMUS terminalis semipedalis vel major erectus basi ramosus.

FLORES verticillati pedunculati, verticillis suboctofloris ebracteatis.

PEDUNCULI communes et proprii uniflori hirti.

CALYX monophyllus bilabiatus hirtus; tubo superne gibbo; labio superiore ovato truncato subemarginato; labio inferiore quadridentato, dentibus lineari-lanceolatis.

COROLLA monopetala ringens resupinata albido-coerulescens, tubo superne calycem versus gibbo; labio superiore tripartito, laciniis lateralibus lanceolatis brevissimis patenti-erectis, lacinia media obcordata maxima basi coerulea cum striis saturatioribus; labio inferiore oblongo obtuso concavo basi attenuato, superiore longiore.

STAMINA *Filamenta* quatuor didynamia declinata, in labio inferiore, filiformia. *Antherae* subrotundae coeruleae.

PISTILLUM *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis declinatus apice adscendens staminibus parum longior. *Stigma* bifidum.

SEMINA quatuor nuda oblonga alba in fundo calycis.

OBSERV. Colitur in olla, aestatem sub dio agit, hyeme in caldario asservatur, floret a Majo mense in serum usque autumnum, semina autumno perficit. Regeneratur seminibus.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens naturali magnitudine.

a) Flos auctus.

Plectranthus parviflorus

F. Guimpel fec.

GALIUM. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 162.

TETRANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Corolla* monopetala rotata quadrifida plana. *Semina* bina subrotunda.

GALIUM *triflorum.*

GALIUM foliis senis ellipticis cuspidatis, pedunculis elongatis trifloris, fructibus hispidis, pilis uncinatis.

GALIUM *triflorum* caulibus procumbentibus glabriusculis, infra verticillos minutim hispidulis, foliis senis ovali-lanceolatis mucronatis laevibus glabellis, (armato oculo juxta marginem nonnihil hirsutis) pedunculis lateralibus et terminalibus verticillo longioribus trifloris, floribus pedicellatis, fructu hispidulo. *Mich. amer. I. p.* 80.

Habitat in Canadae Pensylvaniae nemoribus. 4.

RADIX ramosa filiformis rubro-flavescens.

CAULIS bipedalis decumbens vel erectus adstantibus plantis sustentatus, tetragonus herbaceus hispidus, ramosus.

FOLIA verticillata, caulina sena, ramea quina elliptica vel oblongo-lanceolata subpetiolata cuspidata leviter venosa integerrima glabra, costa media et margine retrorsum hispida.

PEDUNCULI axillares solitarii foliis longiores apice trifidi triflori, ad divisionem bractea lanceolata suffulti.

CALYX nullus.

COROLLA monopetala alba, vel parum ochroleuca, rotata quadrifida caduca.

STAMINA *Filamenta* quatuor filiformia corolla breviora. *Antherae* oblongae incumbentes.

PISTILLUM *Germen* inferum hispidum globosum didymum. *Stylus* subulatus bifidus, *Stigmata* capitata.

SEMINA bina globosa hispida, pilis uncinatis obsita.

OBSERV. Colitur sub dio, floret Julio Augusto, Septembri semina perficit, propagatur divisione radicis et seminibus.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus naturali magnitudine.

a) Fructus auctus.

Tab. LXVI.

Galium triflorum

F. Guimpel fec.

LXVII.

ASTER. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1291.

SYNGENESIA *superflua.*

RECEPTACULUM nudum. *Pappus* simplex. *Corollae* radii plures 10. *Calycis* imbricati squamae inferiores patulae.

ASTER *humilis.*

ASTER foliis ovatis acutis integerrimis petiolatis glabris margine hispidis, floribus corymbosis, calycibus laxis imbricatis. *Spec. pl. ed. W.* 3. *p.* 2038.

Habitat in Pensylvania. 2.

RADIX ramosa albida perennis.

CAULIS erectus pedalis et altior teres fuscus glaber simplex.

FOLIA inferiora oblonga utrinque attenuata sessilia venosa glabra saturate viridia, subtus pallidiora, margine integerrima scabra, superiora ovata acuta.

FLORES terminales subcorymbosi, pedunculis uni-vel trifloris.

CALYX communis cylindraceo-oblongus imbricatus, squamis lanceolatis acutis laxis.

COROLLA composita radiata, disco flavo plano hermaphrodito, radio septem-vel novemfloro femineo albo patente.

COROLLAE *propriae* disci tubulosae quinquedentatae.

COROLLAE *propriae* radii ligulatae oblongae tridentatae nervosae.

STAMINA *Filamenta* quinque capillacea. *Antherae* totidem in cylindrum connatae quinquedentatae.

PISTILLUM *Germen* ovatum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum.

SEMEN oblongum compressum. *Pappus* capillaris sessilis.

RECEPTACULUM planum nudum punctatum.

OBSERV. I. Colitur sub dio, floret Auguſto Septembri, propagatur radice.

OBSERV. II. Plantam e terra ex America boreali advecta educavi, quae in olla prima aestate caulem produxerat uniflorum, altero anno sub dio culta plantam hic depictam dedit, sed tertio anno corymbum florum majorem et caulem sesquipedalem produxit.

Tab. LXVII.

Aster humilis

T. Gimpel fec.

STELLARIA. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 773.

DECANDRIA *Trigynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* pentaphyllus. *Petala* quinque bipartita. *Capsula* unilocularis polysperma.

STELLARIA *Arenaria.*

STELLARIA foliis spathulatis, caule erecto bifido, ramis alternis, petalis emarginatis. *Sp. pl. ed. W.* 2. *p.* 716.

Habitat in Hispania. ⊙.

RADIX annua fibrosa albida.

CAULIS semipedalis adscendens ramosus floxuosus teres, inferne rubicundus, superne viridis, pilis raris sparsis obsitus, ramis alternis diffusis.

FOLIA sessilia opposita, inferiora spathulata obtusiuscula, superiora lanceolata tenuia glabra.

PEDUNCULI uniflori teretes pilis glandulosis obsiti, folio longiores.

FLOS in dichotomia primum floret sed absque fructu marcescit, reliqui omnes fructificant.

CALYX pentaphyllus pilis glandulosis tectus, foliolis lanceolatis acutis.

COROLLA pentapetala alba, petalis obovatis emarginatis patentibus.

STAMINA *Filamenta* decem filiformia petalis dimidio breviora. *Antherae* plumbeae subrotundae.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Styli* tres subulati longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.

CAPSULA ovata unilocularis polysperma.

SEMINA fusca.

OBSERV. Colitur sub dio, floret aestate, regeneratur seminibus.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens.

a) Pistillum lente auctum.

Stellaria arenaria.

F. Guimpel. fec.

G E U M *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 867.

ICOSANDRIA. *Polygynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* decemfidus. *Petala* quinque. *Seminis* arista geniculata.

GEUM *intermedium.*

GEUM floribus nutantibus, petalis longitudine calycis aristis uncinatis nudis, seminibus pilosis.

Habitat — — — — 2.

RADIX fusca ramosa perennis.

CAULIS pedalis vel sesquipedalis teres fuscus erectus simplex pilis parvis sparsis obsitus.

FOLIA *radicalia* semipedalia et majora interrupte pinnata, plerumque e foliolis 5 majoribus et duobus minoribus composita. *Foliola* infima ovata dentata, superiora subincisa dentata, terminale subtrilobum dentatum, minima ovata subdentata.

FOLIA *caulina* ternata breve petiolata. *Foliola* lateralia inciso-dentata, terminale subtrifidum dentatum.

STIPULAE sessiles subrotundo-ovatae magnae subinciso-dentatae.

FLORES in apice caulis divisi nutantes.

CALYX monophyllus purpureus decempartitus, laciniis quinque ovato-lanceolatis acuminatis majoribus, quinque quadruplo minoribus angustissimis lanceolatis.

COROLLA pentapetala flava post florescentiam aurantia, petalis subrotundo-obovatis durante anthesi longitudine calycis, post anthesin calyce longioribus.

STAMINA *Filamenta* numerosa calyci inserta subulata. *Antherae* ellipticae.

PISTILLUM *Germina* numerosa oblonga. *Styli* subulati glabri. *Stigmata* uncinata.

SEMINA oblonga compressa pilosa stylo persistenti uncinato glabro aristata.

OBSERV. I. Colitur sub dio, floret Julio Augusto, semina autumno perficit, propagatur seminibus et radice.

OBSERV. II. Accedit valde ad G. rivale sed diversum floribus flavis, et arista seminis glabra uncinata. Geum intermedium Ehrhartii a nostro videtur diversum.

EXPLI-

Explicatio Tabulae.

Caulis florens.

a) Folium radicale.

b) Semen naturali magnitudine.

c) Semen auctum.

Tab. LXIX.

Geum intermedium.

F. Guimpel fec.

HELIANTHUS. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1322.

SYNGENESIA *frustranea.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* paleaceum planum. *Pappus* diphyllus. *Cal.* imbricatus subsquarrosus.

HELIANTHUS *macrophyllus.*

HELIANTHUS foliis ovatis acuminatis triplinerviis serratis supra scabris, subtus cano-pubescentibus, calycinis squamis linearibus squarrosis.

Habitat in America boreali. 4.

RADIX perennis ramosa.

CAULIS decem pedum erectus ramosus strictus, ramis teretiusculis substriatis scabris.

FOLIA *caulina* pedalia vel majora ovata acuminata triplinervia basi in petiolum attenuata grosse serrata, supra scaberrima, subtus cano-pubescentia mollia.

FOLIA *ramea* tripollicaria vel semipedalia ovata acuminata triplinervia basi petioli attenuata adpresso-serrata, supra scaberrima, subtus cano-pubescentia mollia.

FLORES in apice et dichotomia ramorum breve pedunculati quandoque sessiles.

CALYX communis imbricatus, squamis linearibus acuminatis longissimis reflexis, margine basin versus albo-ciliatis.

COROLLA *communis* composita radiata, disco hermaphrodito flavo, radio decem-vel duodecim-floro neutro flavo.

COROLLAE *propriae* disci tubulosae quinquedentatae, dentibus ovatis acutis.

COROLLAE *propriae* radii ligulatae lanceolatae tridentatae nervosae.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia corollae inserta. *Antherae* totidem in cylindrum quinquedentatum connatae.

PISTILLUM florum disci. *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis staminibus brevior. *Stigma* bifidum.

PISTILLUM florum radii. *Germen* lineare inferum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

SEMEN oblongum compressum. *Pappo* di-vel tetraphyllo coronatum, foliolis lanceolatis membranaceis serratis.

RECEPTACULUM planum paleis lanceolatis obsitum.

Observ. I. Colitur sub dio, floret Septembri Octobri atque Novembri, semina non maturat, propagatur radice.

Observ. II. Accedit valde ad Helianthum mollem, sed differt: caule decempedali, foliis majoribus magis acuminatis, floribus breve pedunculatis, calyce squarroso, et corollis radii longioribus. Diagnosis Helianthi mollis erit:

Helianthus foliis ovatis acuminatis triplinerviis adpresso-serratis, supra scabris, subtus cano-pubescentibus mollissimis, calycinis squamis lanceolatis adpressis.

Explicatio Tabulae.

Ramulus florens.

a) Flos dorso repraesentatus.

Helianthus macrophyllus

F. Guimpel fec.

CALDASIA *Humboldt.*

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* tubulosus quinquedentatus. *Corolla* hypocrateriformis, laciniis limbi duabus superioribus majoribus. *Stamina* declinata. *Capsula* trilocularis trisperma.

CALDASIA *heterophylla.*

CALDASIA heterophylla. *Humboldt et Bonpland.*

BONPLANDIA *geminiflora* caule herbaceo, foliis alternis lanceolatis serratis, floribus axillaribus geminis. *Cav. ic. 6. p. 21. t. 532.*

Habitat in Nova Hispania ⊙.

RADIX fibrosa alba ramosa.

CAULIS bipedalis adscendens ramosus teres pilis glandulosis undique obsitus.

FOLIA radicalia et inferiora oblonga acuta basi sublyrata plicato-venosa serrata, pilis glandulosis obsita, odora Salviae coccineae, petiolata, petiolis brevibus. Folia superiora lanceolata basi attenuata subpetiolata piloso-glandulosa serrata.

FLORES geminati pedunculati in foliorum superiorum axillis.

CALYX monophyllus tubulosus quinquangularis quinquedentatus inferus, pilis glandulosis tectus, dentibus ovatis acutis.

COROLLA monopetala hypocrateriformis sublabiata. Tubus longitudine calycis cylindraceus albidus. Limbus violaceus quinquepartitus, laciniis obovatis retusis, binis superioribus majoribus, basi interne albis lineolis saturate violaceis variegatis, ceterum unicoloribus.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia fauci tubi inserta declinata. *Antherae* subrotundae violaceae.

PISTILLUM *Germen* ellipticum superum. *Stylus* filiformis staminibus longior, *Stigma* trifidum.

CAPSULA elliptica trilocularis trivalvis trisperma calyce tecta.

SEMEN ellipticum atrum.

OBSERV. I. Colitur in olla, aestatem sub dio, hyemen in caldario agit, floret a Januario ad Majum usque, semina Majo perficit, propagatur seminibus.

OBSERV. II. Nomen hujus generis in honorem D. Josephi Caldas, Botanici clarissimi, Popagani Americes calidioris viventis, mutavit celeberri-

berrimus de Humboldt, quum aliud genus e classe Pentandria, Quassiae proximum, a me Bonplandia nominatum, exstet.

Explicatio Tabulae.

Ramus florens naturali magnitudine.

a) *Calyx*
b) *Corolla* } *naturali magnitudine.*

c) *Stylus cum Stigmate auctus.*

d) *Calyx cum fructu maturo apertus*
e) *Fructus maturus* } *naturali magnitudine.*

f) *Capsula aucta.*

g) *Semen naturali magnitudine.*

h) *Semen auctum.*

Caldasia heterophylla.

F. Guerra

V I O L A. *Gen. plant. ed. Schreb. n.* 1364.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. vide supra. n. 24.

VIOLA *sororia.*

VIOLA acaulis, foliis cordatis crenatis subtus pubescentibus, petalo infimo basi barbato.

Habitat in America boreali. 2.

RADIX fibrosa perennis albicans.

FOLIA radicalia petiolata cordata crenato-serrata obtusiuscula nervoso-venosa supra glabra subtus pilis tenuibus rectis obsita.

PETIOLI semiteretes folio longiores pubescentes.

STIPULAE lanceolatae membranaceae apicem versus ciliatae.

PEDUNCULI radicales uniflori pubescentes infra medium bracteis binis lanceolato-subulatis suffulti.

CALYX pentaphyllus, foliolis subaequalibus lanceolatis obtusis trinerviis glabris margine subciliatis.

COROLLA pentapetala irregularis, bina superiora oblonga obtusa glabra violacea, bina lateralia oblonga obtusa majora violacea basi alba glabra, infimum oblongum subretusum reliquis majus violaceum basi album venisque saturatioribus pictum et barba brevi instructum.

STAMINA et reliquae partes ut in Viola odorata.

OBSERV. I. Colitur sub dio, floret Aprili Majo, aestate semina perficit, propagatur radice et seminibus.

OBSERV. II. Accedit valde ad Violam cucullatam et V. hirtam. Planta hic repraesentata in olla erat educata, in planta sub dio culta petioli foliorum parum breviores, et petala latiora sunt.

Viola sororia.

T. Guimpel. fec.

PANCRATIUM. *Gen. pl. n.* 551.

HEXANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Corolla* supera infundibuliformis semisexfida, tubo filiformi limbo patulo recurvato. *Nectarium* corona campanulata duodecimfida. *Stamina* nectario imposita.

PANCRATIUM *caribaeum.*

PANCRATIUM spatha multiflora, foliis oblongo-linearibus, nectarii dentibus sex staminiferis, intermediis simplicibus acutis.

Pancratium spatha multiflora, foliis lanceolatis. *Sp. pl. ed. W.* 2. *p.* 42.

Habitat in Jamaica, Caribaeis. 4.

RADIX Bulbus spithamaeus ovatus basi radiculas filiformes exserens.

FOLIA sesquipedalia et longiora oblongo-linearia acuta laete viridia patentia parallelo-nervosa reticulata basi nunquam attenuata.

SCAPUS pedalis vel sesquipedalis erectus compressus anceps viridis glaber, leviter remote striatus.

SPATHA polyphylla multiflora. *Foliola* linearia, lanceolata et oblongo-lanceolata emarcida albida reflexa.

FLORES albi sessiles fragrantes.

COROLLA monopetala infundibuliformis supera. *Tubus* viridis tereti-triquetrus bipollicaris et longior. *Limbus* sex partitus, laciniis linearibus tripollicaribus crassiusculis subtus convexiusculis albis, apice unguiculatis virescentibus revolutis.

NECTARIUM *Corona* campanulato-infundibuliformis alba limbo duodecimdentato, dentibus alternis staminiferis alternis simplicibus quandoque bifidis.

STAMINA *Filamenta* sex subulata longitudine tubi corollae, dentibus nectarii adnata alba apice virescentia incurvata. *Antherae* lineares utrinque attenuatae incumbentes croceae.

PISTILLUM *Germen* inferum obtuse triquetrum oblongum. *Stylus* filiformis longitudine staminum viridis. *Stigma* capitatum.

PERICARPIUM nondum vidi.

OBSERV. I. Propagatur bulbis, floret saepius bis in anno, nempe vere et aestate.

OBSERV. II. Accedit valde ad Pancratium speciosum, differt vero: foliis basi non attenuatis, limbo corollae revoluto, et staminibus duplo longioribus.

Tab. LXXIII.

Pancratium caribaeum.

F. Guimpel Sc.

PASPALUM. *Gen. pl. n.* 81.

TRIANDRIA *Digynia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* Gluma bivalvis orbiculata. *Corolla* ejusdem magnitudinis. *Stigmata* plumosa.

PASPALUM *Kora.*

PASPALUM spicis alternis subbinatis, rachi membranacea, calycibus subrotundis quinquenerviis, culmo foliisque glabris. *Sp. pl. ed. W.* 1. *p.* 332.
Habitat in India orientali. 4.

RADIX fibrosa perennis.

CULMUS bipedalis erectus compressus foliis quatuor instructus, quandoque basi ramo uno instructus.

FOLIA *radicalia* culmo breviora erecta linearia acuminata canaliculata, margine tactu retrorsum parum scabra.

FOLIA *culmea* vaginantia, tria inferiora una cum vaginis secedunt et patent, summum adpressum.

LIGULA membranacea truncata.

SPICAE tres vel quatuor alternae in apice culmi secundae.

RACHIS spicae foliacea viridis striata.

FLORES alterni sessiles conferti biseriales unilaterales.

CALYX *Gluma* bivalvis, valvulis subrotundo-ellipticis planis aequalibus albidis quinquenerviis, nervis binis marginalibus, medio ad apicem excurrente, intermediis binis medio evanescentibus.

COROLLA *Gluma* bivalvis elliptica calyce parum minor viridis enervis.

NECTAR. bivalve, valvulis germinis longitudine membranaceis diaphanis.

STAMINA *Filamenta* tria capillacea. *Antherae* fuscescentes utrinque emarginatae incumbentes.

PISTILLUM *Germen* ovatum. *Styli* duo virides. *Stigmata* bina plumosa violacea.

SEMEN unicum compressum corolla tectum ellipticum.

OBSERV. Colitur in caldario, floret aestate, propagatur seminibus et divisione radicis.

EXPLICATIO TABULAE.

Culmus florens naturali magnitudine.

a. Flos cum staminibus et pistillo.

Tab. LXXIV

a.

Paspalum kora

SAXIFRAGA. *Gen. pl. n.* 764.

DECANDRIA *Digynia.*

CHAR. GEN. vide supra ad. n. 43.

SAXIFRAGA *intacta.*

SAXIFRAGA foliis radicalibus aggregatis lanceolato-obovatis cartilagineo-serratis, caule simplici racemoso folioso piloso-viscoso, calycibus subglandulosis, petalis immaculatis.

Habitat in alpibus Tyrolis calidioris. 2.

RADIX fibroso-ramosa perennis fusca, stolones laterales exserens.

FOLIA *radicalia* aggregata in rosulam expansa, sessilia lanceolato-obovata, vel si mavis spathulata obtusa, argute cartilagineo-serrata.

FOLIA *caulina* alterna remotissima ejusdem formae sed multoties minora.

CAULIS semipedalis erectus a basi ad apicem pilis brevibus glanduloso-viscosis obsitus.

RACEMUS terminalis, pedunculis apicem versus sensim brevioribus et aggregatis inferioribus bifloris, superioribus unifloris, omnibus uti caulis pilis glanduloso-viscosis tectis.

CALYX monophyllus superus quinquepartitus, laciniis ovatis margine tenui membranaceo cinctis et glandulis raris obsitis.

COROLLA pentapetala plana alba, petalis oblongis obtusis ex toto albis, in statu deflorato margine fuscescentibus, recentibus enerviis, exsiccatis triplinerviis.

NECTARIUM Glandula plana orbiculata flava stylum circumdans.

STAMINA *Filamenta* decem subulata basi dilatata. *Antherae* flavae erectae didymae.

PISTILLUM *Germen* obovatum inferum. *Styli* duo subulati staminibus breviores. *Stigmata* simplicia.

PERICARPIUM *Capsula* obovata bilocularis birostris inter stylos persistentes dehiscens.

SEMINA numerosa fusca minuta.

OBSERV. I. Plantam hanc autumno 1804 in alpibus Tyrolis detexi et mecum asportavi. Floret sub dio Junio, semina Augusto perficit, propagatur facillime stolonibus foliosis avulsis.

OBSERV. II. Valde similis Saxifragae Aizoonti sed diversa: foliis angustioribus, caulibus ex toto glandulosis, calycibus subglandulosis, petalis inmacu-

inmaculatis, quae in S. Aizoonti punctis raris sanguineis irrorata, denique petalis enerviis, quae jam primum intuitu triplinervia in Saxifraga dicta. Diagnosis hujus Saxifragae sequentem in modum est mutanda:

Saxifraga *Aizoon* foliis radicalibus aggregatis obovatis cartilagineo-serratis, caule simplici racemoso folioso superne parce piloso-viscoso, calycibus glabris, petalis basin versus punctatis.

Saxifraga intacta.

C. Gerngroß fec.

PELARGONIUM. *Ait. Kew.* 2. *p.* 217.

MONADELPHIA *Heptandria.*

CHAR. GEN. vide supra ad n. 17.

PELARGONIUM *splendens.*

PELARGONIUM pedunculis subbifloris, foliis tripartitis, laciniis obovato-cuneatis profunde dentatis, utrinque petiolis ramulisque molliter pubescentibus, floribus pentandris.

Habitat ad Caput bonae spei. ♄.

CAULIS fruticosus bipedalis crassitie pennae auserinae ramosus, ramis patentibus.

RAMULI virides teretes pubescentes.

FOLIA alterna oppositave petiolata tripartita, utrinque pilis brevibus copiosis simplicibus molliter pubescentia, odore citrato levi imbuta, laciniis obovato-cuneiformibus, venoso-plicata inaequaliter grosse dentata.

PETIOLI teretiusculi ut folia pubescentes.

STIPULAE ovatae acutae aetate marcescentes, et demum deciduae.

PEDUNCULI axillares biflori pubescentes.

INVOLUCRUM pedicellarum tetraphyllum, foliolis ovatis acutis patentibus.

CALYX monophyllus pubescens quinquepartitus, laciniis lineari-lanceolatis patentibus. *Tubus* nectariferus calyce sesquilongior.

COROLLA pentapetala irregularis eleganter sanguinea in puniceum vergens. Petala bina superiora oblongo-obovata maxima integerrima vel apice leviter emarginata, basi flavescentia venisque paucis atro-sanguineis subdivisis medium non attingentibus picta. Petala tria inferiora duplo breviora et multoties angustiora linearia obtusa unicoloria.

STAMINA *Filamenta* decem alba filiformia basi dilatata et in cylindrum connata, quorum quinque sterilia brevissima, quinque vero antherifera longiora. *Antherae* primum rubrae demum flavae.

PISTILLUM *Germen* pentagonum pilosum. *Stylus* subulatus sanguineus. *Stigmata* quinque filiformia reflexo-patentia sanguinea.

PERICARPIUM generis.

SEMINA matura nondum dedit.

OBSERV. Floret Majo Junio, colitur in frigidario, propagatur perquam difficile taleis. Sub hoc nomine a Cl. Wolff, hortulano aulico, accepi. Denominatio a pilis erga lucem solis micantibus est desumta.

Pelargonium splendens

F. Guimpel fec.

LXXVII.

PELARGONIUM. *Ait. Kew.* 2. *p.* 217.

MONADELPHIA *Heptandria.*

CHAR. GEN. vide supra ad. n. 17.

PELARGONIUM *fragrans.*

PELARGONIUM pedunculis multifloris, foliis subrotundo-cordatis subtrilobis obtuse dentatis mollissimis, caule erecto fruticoso, ramis divaricato-deflexis.

Habitat ad Caput bonae spei. ♄.

CAULIS fruticosus erectus bipedalis fuscus lignosus, crassitie pennae anserinae, ramosus, ramis elongatis divaricato-deflexis teretibus pubescentibus.

FOLIA opposita petiolata subrotundo-cordata leviter triloba obtuse dentata utrinque mollissime pubescentia odore Pelargonii odoratissimi sed minus grato et mitiore.

STIPULAE ovatae membranaceae quaternae reflexae.

PEDUNCULI axillares petiolo multo longiores multiflori.

INVOLUCRUM pedicellorum polyphyllum, foliolis lanceolatis coloratis.

CALYX monophyllus quinquepartitus pubescens, laciniis ovato-lanceolatis reflexis. *Tubus* nectariferus calyce duplo et ultra longior.

COROLLA pentapetala irregularis alba. Petala bina superiora lanceolato-obovata leviter retusa a basi ultra medium lineis binis ramosis sanguineis picta; tria inferiora parum breviora unicoloria.

STAMINA *Filamenta* decem subulata basi parum latiora cohaerentia, quorum septem longiora antherifera, tria breviora rudimento antherae instructa. *Antherae* subrotundae erectae rubrae.

PISTILLUM *Germen* pentagonum pubescens. *Stylus* subulatus sanguineus. *Stigmata* quinque filiformia sanguinea reflexo-patentia.

PERICARPIUM et SEMINA generis.

OBSERV. I. Colitur in frigidario, floret vere et aestate, propagatur taleis.

OBSERV. II. Valde simile Pelargonio odoratissimo sed diversum: caule fruticoso altiore erecto lignoso, ramis elongatis deflexo-patentibus, foliis subtrilobis, pedunculis multifloris, corolla majore et aliter colorata.

EXPLICATIO TABULAE.

Ramus florens naturali magnitudine.

a. Stamina cum pistilla magnitudine naturali.

Tab. LXXVII.

Pelargonium fragrans.

PELARGONIUM. *Ait. Kew.* 2. *p.* 217.

CHAR. GEN. vide supra ad. n. 17.

PELARGONIUM *cynosbatifolium.*

PELARGONIUM pedunculis subbifloris, foliis cordatis trilobis dentatis pilosis, lobo intermedio trilobo, floribus pentandris.

Habitat ad Caput bonae spei? ♄.

CAULIS fruticosus tripedalis et altior erectus ramosus. *Rami* valde pilosi.

FOLIA opposita approximata petiolata cordata triloba, lobo intermedio trilobo, margine dentata utrinque pilosa.

STIPULAE semiovatae acuminatae obsolete dentatae.

PEDUNCULI axillares petiolo breviores biflori pilosi.

INVOLUCRUM pedicellorum triphyllum, foliolis ovato-acutis pilosis patentibus.

CALYX monophyllus quinquepartitus, laciniis oblongo-lanceolatis mucronatis trinerviis erectis pilosis. *Tubus* nectariferus brevissimus.

COROLLA pentapetala irregularis lilacina. Petala bina superiora obovata subemarginata unicoloria; tria inferiora ejusdem magnitudinis et indolis, excepto intermedio parum latiore et a basi ad medium lineis binis ramosis saturate sanguineis picto.

STAMINA *Filamenta* decem lineari-subulata basi dilatata et cohaerentia, quorum quinque longiora linearia apice emarginata sterilia, quinque breviora apice antherifera. *Antherae* subrotundae primum rubrae, dein flavae erectae.

PISTILLUM *Germen* pentagonum valde pilosum. *Stylus* subulatus sanguineus pilosus. *Stigma* quinquepartitum sanguineum reflexum.

PERICARPIUM et SEMINA generis.

OBSERV. Colitur in frigidario, floret bis in anno, propagatur facile taleis.

Pelargonium cynosbatifolium.

ALCHEMILLA. *Gen. pl. n.* 222.

TETRANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* octodentatus dentibus quatuor exterioribus minoribus. *Corolla* nulla. *Semen* unicum.

ALCHEMILLA *pubescens.*

ALCHEMILLA foliis reniformibus septemlobis dentatis subtus sericeis, corymbis terminalibus.

Habitat ad Caucasum 4. ubi eam detexit Cl. Adams.

RADIX perennis fusca ramosa fibrosa.

CAULIS semipedalis adscendens sericeo-pubescens teres.

FOLIA *radicalia* longe petiolata septemloba reniformia supra saturate viridia subtus albicantia pilis adpressis tenuibus copiosis sericea, lobis ovatis acute dentatis.

FOLIA *caulina* inferiora brevissime petiolata, superiora sessilia, inferiora quinqueloba, superiora triloba, ceterum ut radicalia.

PETIOLI foliorum radicalium bi- s. tripollicares sericeo-pubescentes.

STIPULAE subbilobae dentatae supra virides subtus sericeo-pubescentes, inferiores minores superiores magnae.

PEDUNCULI filiformes multiflori terminales.

CALYX monophyllus persistens campanulatus, ore clausus, limbo plano octofido, laciniis quatuor exterioribus lanceolatis angustis, quatuor interioribus ovatis majoribus.

COROLLA nulla.

STAMINA *Filamenta* quatuor filiformia brevissima erecta. *Antherae* flavae subrotundae erectae.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum quandoque duo. *Stylus* filiformis e basi germinis. *Stigma* globosum.

PERICARPIUM nullum.

SEMEN unicum vel duo ovatum calyce clauso tectum.

OBSERV. I. Colitur sub dio, floret aestate, propagatur semine et divisione radicis.

OBSERV. II. Valde affinis Alchemillae vulgari et hujus varietati γ hybridae dictae, cui Alchemillae montanae nomen dedi, et quae copiose in montibus metalliferis Saxoniae provenit. Diagnoses harum specierum sequentem in modum sunt mutandae:

ALCHE-

ALCHEMILLA *vulgaris* foliis reniformibus novemlobis acute dentatis glabris, corymbis terminalibus.

ALCHEMILLA *montana* foliis reniformibus novemlobis acute dentatis subtus pubescentibus, corymbis terminalibus.

Tab LXXIX.

Alchemilla pubescens.

CALYCANTHUS. *Gen. pl. n.* 870.

ICOSANDRIA *Polygynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* monophyllus urceolatus multipartitus squarrosus coloratus. *Corolla* nulla. *Styli* plurimi. *Stigmata* glandulosa. *Semina* plurima caudata intra calycem succulentum.

CALYCANTHUS *laevigatus.*

CALYCANTHUS laciniis calycinis lanceolatis, foliis oblongis acutis glabris.

Calycanthus (*ferax*) ramis stricte erectis saepe virgatis, foliis ovalibus vel sublanceolato-ovalibus subtus glabris sensim acuminatis, floribus fertilibus. *Mich. amer. I. p.* 305.

Habitat in altis montibus Carolinae, Virginiae. ♄.

FRUTEX erectus quadripedalis ramosus, ramis strictis subtetragonis fuscis.

FOLIA opposita petiolata oblonga acuta tripollicaria utrinque glabra supra saturate viridia subtus pallida.

FLORES fragrantes fusco-purpurei solitarii, breve pedunculati, in apice ramulorum.

CALYX monophyllus multipartitus, laciniis lineari-lanceolatis crassiusculis acutis imbricato-squarrosis, exterioribus et intimis brevioribus, margine subciliatis.

COROLLA nulla.

STAMINA *Filamenta* decem undecim vel duodecim calyci inserta brevissima. *Antherae* erectae pallide flavae tetragonae mucronatae.

PISTILLUM *Germina* sex ad octo oblonga. *Styli* lineari-subulati colore calycis longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

FRUCTUM nondum vidi.

OBSERV. I. Colitur sub dio, floret Junio, propagatur taleis.

OBSERV. II. Species quatuor hujus generis mihi notae sunt, quarum characteres hic indicabo:

1. CALYCANTHUS *floridus* laciniis calycinis lanceolatis, foliis oblongis acutis subtus tomentosis.
2. CALYCANTHUS *glaucus* laciniis calycinis lanceolatis, foliis oblongis acuminatis subtus glaucis pubescentibus.
3. CALYCANTHUS *laevigatus* laciniis calycinis lanceolatis, foliis oblongis acutis glabris.
4. CALYCANTHUS *praecox* laciniis calycinis interioribus subrotundo-ovatis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis.

Ultima crescit in Japonia, floribusque flavis gaudet, reliquae in America boreali proveniunt et colorem fusco-purpureum floris habent.

Tab. LXXX.

Calycanthus laevigatus.

F. Guimpel fec

DICHONDRA. *Gen. pl. n.* 451.

PENTANDRIA *Digynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* rotata quinquepartita. *Capsulae* binae monospermae.

DICHONDRA *argentea.*

DICHONDRA foliis reniformibus basi cuneatis apice retusis utrinque sericeo-pubescentibus.

Dichondra argentea *Humboldt et Bonpland.*

Habitat in America meridionali. 4.

RADIX simpliciter fibrosa perennis.

CAULES plures bipedales ramosi prostrati repentes sericeo-pubescentes radicibus brevibus subulatis obsiti.

FOLIA alterna petiolata erecta utrinque sericeo-pubescentia argentea reniformia retusa integerrima, quandoque obsolete repanda, basi cuneiformia et in petiolum attenuata.

PETIOLI pollicares sericeo-pubescentes.

FLORES in pedunculis unifloris axillaribus solitariis, rarius geminatis.

CALYX monophyllus persistens campanulatus quinquefidus sericeus, laciniis lanceolatis erectis.

COROLLA ochroleuca monopetala campanulato-rotata quinquedentata, limbo patente, laciniis ovatis.

STAMINA *Filamenta* quinque subulata corolla breviora. *Antherae* erectae ovatae.

PISTILLUM *Germina* duo pilosa supera. *Styli* duo filiformes longitudine staminum e basi germinis. *Stigmata* capitata.

PERICARPIUM *Capsulae* duae subglobosae uniloculares.

SEMINA solitaria subglobosa.

OBSERV. Colitur in caldario, floret aestate, semina rarius perficit, propagatur facillime divisione caulis.

Tab. LXXXI.

Dichondra argentea.

F. Guimpel fec.

RUBUS. *Gen. pl. n.* 864.

ICOSANDRIA *Polygynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* quinquefidus. *Corolla* pentapetala. *Bacca* composita acinis monospermis.

RUBUS *laciniatus.*

RUBUS foliis quinato-digitatis ternatisque foliolis pinnatis, caule petiolis pedunculisque aculeatis, aculeis recurvis.

Habitat — — — — ♄.

CAULES fruticosi erectiusculi quadripedales et longiores ramis dependentibus subangulatis, ut petioli, undique aculeatis.

ACULEI compressi recurvi acuti.

FOLIA ternata vel digitato-quinata. *Foliola* petiolata supra saturate viridia, subtus pallida pubescentia, venis aculeata, pinnata: pinnulis sessilibus lanceolatis inciso-dentatis, terminali tripartita inciso-dentata.

FLORES albo-incarnati racemoso-paniculati.

CALYX monophyllus quinquepartitus, laciniis ovatis cuspidatis pubescentibus, externe aculeis acicularibus sparsis obsitis.

COROLLA pentapetala patens, petalis obovatis tridentatis.

STAMINA *Filamenta* capillacea numerosa calyci inserta. *Antherae* subrotundae erectae.

PISTILLUM *Germina* numerosa subrotunda aggregata pilosa. *Styli* filiformes longitudine staminum. *Stigmata* clavato-incrassata.

BACCA composita nigra acidula, magnitudine fructus Rubi fruticosi, acinis subrotundis monospermis.

SEMINA oblonga.

RECEPTACULUM conicum spongiosum.

OBSERV. I. Colitur sub dio, floret aestate, fructum autumno perficit, propagatur seminibus et divisione radicis.

OBSERV. II. Non est varietas Rubi fruticosi vel alius speciei, e seminibus enim educatus faciem constanter servat.

Tab. LXXXII.

Rubus laciniatus.

MAURANDIA. *Jacq. hort. Schoenb. 3. p. 20.*

DIDYNAMIA *Angiospermia.*

Char. gen. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* campanulata inaequalis. *Filamenta* basi callosa. *Capsulae* binae coalitae apice semiquinquevalves.

MAURANDIA *antirrhiniflora.*

Maurandia corollis fauce clausis.

Maurandia antirrhiniflora *Humboldt et Bonpland.*

Habitat in Mexico. 4.

Radix fibrosa perennis.

Caules plures e radice teretes bipedales volubiles glabri.

Folia alterna petiolata triangulari hastata glabra quinquenervia, lobis baseos acutis versus petiolum unidentatis, apice acuta, margine integerrimo.

Flores axillares solitarii pedunculati, pedunculis filiformibus folio longioribus.

Calyx monophyllus quinquepartitus, laciniis lanceolatis acutis.

Corolla monopetala personata. *Tubus* compressus albido-violaceus subtus apicem versus dilatatus. *Labium superius* coeruleo-violaceum oblongum bifidum obtusum erectum. *Labium inferius* ejusdem coloris tripartitum laciniis ellipticis obtusis dependentibus. *Faux* palato flavescente elliptico clausa.

Stamina *Filamenta* quatuor filiformia didynamia basi parum dilatata tubo corollae inserta, corollae inclusa. *Antherae* oblongae.

Pistillum *Germen* ovatum superum. *Stylus* filiformis longitudine staminum longiorum. *Stigma* crassiusculum emarginatum.

Pericarpium *Capsulae* binae coalitae apice semiquinquefidae polyspermae uniloculares.

Semina numerosa receptaculo centrali inserta.

Observ. I. Colitur in frigidario, propagatur seminibus et taleis, floret aestate, semina autumno perficit.

Observ. II. Tota planta Maurandiae semperflorenti simillima, diversa tantum: foliis minoribus, floribus clausis personatis coeruleo-violaceis. Diagnosis Maurandiae hujus erit:

Maurandia *semperflorens* corollae fauce aperta pervia.

Tab. LXXXIII.

Maurandia antirrhiniflora

HYDROGLOSSUM. *Willd. Act. Erford* 1802. *p.* 20.

CRYPTOGAMIA *Schismatopterides.*

CHAR. GEN. *Spicae* unilaterales. *Capsulae* biseriales latere interiore a basi ad verticem dehiscentes. *Indusium* squamiforme quamlibet capsulam obtegens.

HYDROGLOSSUM *japonicum.*

HYDROGLOSSUM caule flexuoso scandente, frondibus conjugatis bipinnatis, foliolis spiciferis palmato-tripartitis, laciniis linearibus obtusis, sterilibus tripartitis oblongis obtusis serratis.

Lygodium japonicum. *Swartz synop. filic.* 154.

Ophioglossum japonicum. *Thunb. jap.* 328.

Habitat in China, Japonia. 4.

RADIX ramosa nigricans fibrosa repens perennis.

CAULIS herbaceus annuus quadripedalis et altior, volubilis glaber viridis, inferne teres, superne obsolete anceps.

FRONDES geminatae (ut in omnibus speciebus totius generis) stipiti brevi insertae; *inferiores* bipinnatae, pinnis alternis, pinnulis alternis palmatis tri-vel quinquepartitis, lacinia intermedia longissima lineari-lanceolata argute serrata, lateralibus brevissimo oblongis acutis serratis; *intermediae* ut inferiores steriles et bipinnatae, pinnis alternis, pinnulis alternis palmatis tri-vel quinquepartitis, lacinia intermedia ovato-oblonga reliquis parum majore remote grosse dentata, quandoque fere integerrima, laterales ovatae plerumque integerrimae; *superiores* bipinnatae, pinnis alternis, pinnulis alternis palmato tri-vel quinquepartitis incisis, laciniis linearibus apice spiciferis. Summatim frondes sensim apicem versus tenuiores evadunt et superiores tantum fructificantes.

SPICAE brevissimae unilaterales e capsulis tribus quatuor vel sex compositae.

CAPSULAE subrotundo-oblongae latere interiore rima longitudinali dehiscentes.

SEMINA pulvis tenuissimus flavo-virescens.

INDUSIUM squamiforme pilo unico rarius binis terminato, capsulam obtegens.

OBSERV. Colitur in caldario, propagatur divisione radicis, fructificat autumno, hyeme absque frondibus est et ineunte vere denuo propullulat.

EXPLICATIO TABULAE.

Segmentum caulis naturali magnitudine.

a. Frondis sterilis inferioris pars naturali magnitudine.

b. Pinnula fructificans cum spicis indusio tectis, lente aucta.

Tab. LXXXIV.

Hydroglossum japonicum.

F. Guimpel. fec:

LOBELIA. *Gen. plant. n.* 1363.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. vide supra ad n. 30.

LOBELIA *fulgens.*

LOBELIA foliis angusto-lanceolatis denticulatis margine revolutis, cauleque pubescentibus, racemo terminali.

Lobelia fulgens *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in Mexico. 4

RADIX perennis fibrosa ramosa, stolones breves latere exserens.

CAULIS herbaceus erectus bipedalis et altior, simplex vel ramosus, teretiusculus sulcato-subangulatus, praesertim basin versus, ex toto pube tenui obductus.

FOLIA alterna sessilia, ut caulis pubescentia, lanceolata apice attenuata venosa, remote denticulata, margine revoluta, inferiora tri-vel quadripollicaria, superiora sensim minora.

FLORES racemosi terminales subsecundi.

BRACTEAE lanceolatae pedunculo longiores, inferiores majores, subintegerrimae etiam pubescentes.

PEDUNCULI alterni pubescentes, calyce breviores.

CALYX mononophyllus superus quinquepartitus, laciniis lanceolatis acutis integerrimis erectis uninerviis, apice patulis.

COROLLA monopetala coccinea irregularis. *Tubus* ovato-oblongus calyce longior, initio integer, postea longitudinaliter utroque latere fissus. *Limbus* quinquepartitus, laciniis binis superioribus lineari-lanceolatis augustis, basi erectis, apice reflexo-patentibus; tribus inferioribus oblongo-lanceolatis, reflexis planis.

STAMINA *Filamenta* quinque lineari-lanceolata margine cohaerentia apice et basi parum sejuncta. *Antherae* erectae lineari-oblongae cohaerentes apice pilosae.

PISTILLUM *Germen* inferum calyce obductum decemsulcatum *Stylus* filiformis *Stigma* bilamellatum.

PERICARPIUM *Capsula* trilocularis trivalvis calyce tecta, apice dehiscens.

SEMINA minutissima.

OBSERV. Colitur aestate sub dio, asservatur hyeme in tepidario. Floret a fine

a fine Julii in Novembrem usque. Semina interdum perfecit. Propagatur seminibus et divisione radicis.

Tab. LXXXV.

Lobelia fulgens.

F. Guimpel fec.

LOBELIA. *Gen. plant. n.* 1363.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. vide supra ad n. 30.

LOBELIA *splendens.*

LOBELIA foliis angusto-lanceolatis denticulatis margine planis, cauleque glaberrimis, racemo terminali.

Lobelia splendens *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in Mexico. 4

RADIX perennis fibrosa ramosa, stolones e centro exserens brevissimos.

CAULIS erectus bi-usque tripedalis, simplex vel ramosus, sulcato-subangulatus purpureus glaberrimus nitidus.

FOLIA alterna sessilia bi-vel tripollicaria lanceolata apice attenuata, approximata denticulata, margine nunquam revoluta sed plana, utrinque glaberrima nitida.

FLORES terminales racemosi subsecundi.

BRACTEAE lanceolatae pedunculum subaequantes denticulatae.

PEDUNCULI calyce breviores ut tota planta glabri.

CALYX praecedentis sed glaberrimus et laciniae erectae apice inflexae nunquam patulae.

COROLLA ut in praecedente, tamen externe non tenuissimo pube obducta, inde splendidior.

STAMINA praecedentis.

PISTILLUM praecedentis.

PERICARPIUM nunquam perficit.

OBSERV. I. Colitur cum praecedente, floretque eodem tempore, et propagatur tantum divisione radicis.

OBSERV. II. Simillima Lobeliae fulgenti, differt: glabritie omnium partium, caule altiore, stolonibus radicis centralibus nec lateralibus, foliis margine non revolutis, calycis laciniis apice inflexis.

Lobelia splendens.

F. Guimpel fec.

COMMELINA. *Gen. plant. n.* 86.

TRIANDRIA *Monogynia.*

CHAR. GEN. *Calyx* triphyllus. *Corolla* tripetala. *Filamenta* 2. 3. sterilia glandulis cruciatis instructa. *Capsula* bi-seu trilocularis.

COMMELINA *pallida.*

COMMELINA corollis subaequalibus, involucris ovatis acuminatis complicatis, foliis oblongo-lanceolatis subpetiolatis subpubescentibus, vaginis hirtis, caule erecto.

Commelina pallida *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in America meridionali. ♃

RADIX perennis fasciculata.

CAULIS erectus bipedalis ramosus teres hirtus.

FOLIA bipollicaria et longiora, oblongo-lanceolata nervosa, supra pilis raris sparsis brevibus obsita, subtus praecipue ad costam mediam parce pubescentia, basi subpetiolata.

VAGINAE semipollicares truncatae cylindricae hirtae.

INVOLUCRUM multiflorum monophyllum naviculare complicatum ovatum acutum nervosum parce pubescens.

PEDUNCULUS communis involucro inclusus, bi-seu quadriflorus.

CALYX triphyllus, foliolis albis diaphanis; terminali angusto, lineari-lanceolato acuto; lateralibus ellipticis.

COROLLA tripetala pallide coerulea, petalis subrotundis unguiculatis, duobus lateralibus parum majoribus.

STAMINA *Filamenta* sex subulata, quorum tria sterilia erecta, apice *Glandulis* cruciatis albis instructa; tria fertilia sterilibus opposita declinata. *Antherae* oblongae erectae, plerumque una reliquis major.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Stylus* filiformis adscendens coeruleus. *Stigma* obtusum flavescens.

PERICARPIUM *Capsula* ovata trilocularis, trivalvis, loculis dispermis.

SEMINA angulata.

OBSERVATIO Colitur aestate sub dio, aservatur hyeme in caldario. Floret aestate, seminaque perficit. Propagatur seminibus et divisione radicis.

Tab. LXXXVII.

Commelina pallida.

F. Guimpel fec.

ASTRAGALUS. *Gen. plant. n.* 1208.

DIADELPHIA *Decandria.*

CHAR. GEN. *Legumen* plerumque biloculare gibbum. *Semina* biserialia.

ASTRAGALUS *reptans.*

ASTRAGALUS caulescens procumbens repens, foliolis glabris lanceolatis obtusis mucronatis, stipulis lanceolato-falcatis, racemis pedunculatis folio brevioribus, leguminibus lanceolatis pubescentibus semibilocularibus.

Astragalus reptans *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in Mexico. 2

RADIX perennis fibrosa.

CAULES plures e radice, undique diffusi, bi-tri-vel quadripedales, teretiusculi glabri, juniores pilis raris valde dissitis adpressis obsiti, prostrati, ad basin cujuslibet folii radicem simplicem fibrosam exserentes.

FOLIA alterna petiolata, cum petiolo spithamaea, impari-pinnata.

FOLIOLA numerosa inferiora opposita, superiora plerumque alterna, oblongo-lanceolata obtusa, apice mucronata, supra glabra, subtus pilis adpressis raris tecta.

STIPULAE plerumque solitariae, rarius geminae; solitariae oblongae petioli basin cingentes, oblongae integrae, vel apice bifidae; geminae inaequales altera major, altera opposita duplo minor.

RACEMI axillares pedunculati folio breviores.

FLORES albi breve pedunculati.

PEDUNCULI pilis nigricantibus obsiti.

BRACTEAE pedunculo longiores membranaceae lanceolatae diaphanae apicem versus pilis nigricantibus tectae.

CALYX campanulatus quinquefidus laciniis lanceolatis inaequalibus, pilis nigricantibus, ut petioli et bracteae, sparsis adpressis obtecti, qui in laciniis copiosiores.

COROLLA papilionacea

Vexillum oblongum obtusum apice retusum

Alae lanceolatae obtusae vexillo parum breviores,

Carina obtusa vexillo et alis brevior.

STAMINA generis.

PISTILLUM generis.

PERI-

Pericarpium *Legumen* oblongo-lanceolatum semipollicare acutum album, denique nigricans pilis raris brevibus albidis adpressis obtectum semibiloculare.

Semina parva flavescentia obtusa subreniformia.

Observatio Colitur aestate sub dio, asservatur hyeme in frigidariis. Propagatur facile seminibus et caule repente. Floret a Julio mense in autumnum usque.

Tab: LXXXVIII.

Astragalus reptans.

F. Guimpel fec.

DALEA. *Vent. Act. Soc. Hist. nat. p.* 112.

DIADELPHIA *Decandria.*

CHAR. GEN. *Alae* et *Carina* columnae staminum adnatae. *Stamina* 5 ad 10 connata, absque filamento libero. *Legumen* monospermum.

DALEA *bicolor.*

DALEA decandra, spicis terminalibus elongatis, foliis subquinquejugis obovatis, caule fruticoso.

Dalea bicolor *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in America meridionali. ♄

FRUTEX bipedalis erectus ramosus, ramis teretibus alternis, junioribus pubescentibus.

FOLIA alterna impari-pinnata quadri-vel quinquejuga.

FOLIOLA obovata integerrima emarginata petiolata utrinque pubescentia.

STIPULAE subulato-setaceae pubescentes fuscescentesque.

SPICA sesqui-vel bipollicaris terminalis.

BRACTEA ovata acuminata decidua sub quolibet flore, sessilis pubescens.

CALYX campanulatus pilosus quinquedentatus, dentibus inaequalibus subulatis tribus inferioribus longioribus.

VEXILLUM ovatum unguiculatum carina et alis brevius, apice obtusum, ochroleucum basi violaceum.

ALAE ovato-oblongae violaceae obtusae, basi obtuse semisagittatae unguiculatae, columnae staminum adnatae.

CARINA oblonga obtusa violacea columnae staminum adnata unguiculata.

STAMINA *Filamenta,* decem in cylindrum connata alba, apice libera violacea. *Antherae* subrotundae primum ante dehiscentiam violaceae.

PISTILLUM *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigma* simplex

PERICARPIUM immaturum deciduum.

OBSERV. Colitur hyeme in tepidario, aestate sub dio, floret aestate, fructum nondum dedit. Propagatur perquam difficile taleis.

Dalea bicolor.

F. Guimpel fec.

ERIGERON. *Gen. plant. n.* 1287.

SYNGENESIA *superflua.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* nudum. *Pappus* pilosus. *Corollae* radii lineares augustissimae.

ERIGERON *delphinifolium.*

ERIGERON foliis pinnatifidis, laciniis caulinorum linearibus integerrimis, radicalium lanceolatis subdentatis, caule paniculato.

Erigeron delphinifolium *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in America meridionali. ♂

RADIX biennis ramosa fibrosa,

CAULIS erectus tri-vel quadripedalis, teres, striatus, hispido-scaber, erectus paniculatus.

FOLIA *radicalia* pinnatifida scabra, laciniis lanceolatis obtusis cum mucrone, dente uno alterove instructis; *caulina* alterna sessilia scabra pinnatifida, laciniis linearibus integerrimis acutis remotis oppositis alternisve; summa trifida vel indivisa.

FLORES in apice ramorum solitarii.

CALYX *communis* hemisphaericus, foliolis lineari-lanceolatis subaequalibus hispidis.

COROLLA *communis* composita, disco plano flavo hermaphrodito, radio multifloro albo foemineo.

COROLLA *propria* disci tubulosa quinquedentata, dentibus obtusis.

COROLLA *propria* radii ligulata lineari-lanceolata acuta vel bidentata.

STAMINA hermaphroditi: *Filamenta* quinque brevissima, *Antherae* totidem in cylindrum quinquedentatum connatae.

PISTILLUM hermaphroditi: *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum crassiusculum.

PISTILLUM foeminei ut hermaphroditi.

PERICARPIUM nullum.

SEMINA oblonga pappo sessili piloso instructa.

RECEPTACULUM planum nudum.

OBSERVATIO: Colitur aestate sub dio, asservatur hyeme in tepidario. Floret ab Augusto in Decembrim usque. Propagatur solummodo seminibus.

Erigeron delphinifolium.

F. Guimpel fec.

SISYRINCHIUM. *Gen. plant. n.* 1101.

MONADELPHIA *Triandria.*

CHAR. GEN. *Spatha* diphylla. *Calyx* nullus. *Petala* sex subaequalia *Stylus* unicus. *Capsula* trilocularis infera.

SISYRINCHIUM *convolutum.*

SISYRINCHIUM scapo ancipiti folioso ramoso, spatha triflora floribus breviore, foliis ensiformibus.

Sisyrinchium *convolutum* spathis arcte compressis subaequalibus, petalis ellipticis convolutis, *Nocca plant. select. p.* 1. *t.* 1.

Habitat in Mexico. 4

RADIX perennis fibroso-fasiculata albicans latere stolones exserens.

FOLIA radicalia lineari-ensiformia nervosa glabra, margine scabra.

SCAPUS pedalis et altior, foliis radicalibus longior, foliaceo-anceps, ramo uno alterove instructus, foliaceus.

SPATHA bivalvis triflora, valvulis ovato-lanceolatis carinatis: exteriore parum longiore.

CALYX nullus.

COROLLA hexapetala, petalis oblongis acutis aequalibus flavis, externe nervo unico elevato, apicem versus subviolaceo, notatis.

STAMINA *Filamenta* tria subulata, basi in tubum brevissimum connata. *Antherae* lineari-sagittatae incumbenti-erectae.

PISTILLUM *Germen* subrotundo-triquetrum. *Stylus* ad basin usque tripartitus, laciniis divergentibus. *Stigmata* simplicia pilosiuscula.

PERICARPIUM *Capsula* triquetra trilocularis trivalvis polysperma.

SEMINA subrotunda in quolibet loculamento biserialia.

OBSERVATIO. Colitur aestate sub dio, asservatur hyeme in tepidario. Floret aestate, seminaque perficit. Propagatur facile seminibus.

Tab. XCI.

Sisyrinchium convolutum.

F. Guimpel fec.

SISYRINCHIUM. *Gen. plant. n.* 1101.

MONADELPHIA *Triandria.*

CHAR. GEN. vide n. 91.

SISYRINCHIUM *tenuifolium.*

SISYRINCHIUM scapo ancipiti adscendente folioso, spatha triflora, capsulis hirtis, foliis lineari-filiformibus.

Sisyrinchium tenuifolium *de Humboldt et Bonpland.*

Habitat in Mexico. 2.

RADIX perennis subcarnosa fasciculata.

FOLIA lineari-filiformia sriata glabra, longitudine fere scapi, glaberrima.

SCAPUS fere pedalis teretiusculo-anceps, foliaceus ramosus, flexuoso-adscendens.

SPATHA bivalvis triflora, valvulis ovatis carinatis; exteriore acuta parum breviore; interiore acutiuscula margine submembranacea.

CALYX nullus.

COROLLA hexapetala, petalis oblongis acutis flavis, externe nervo medio violaceo, et binis tenuissimis in utroque latere notatis.

STAMINA *Filamenta* tria ad medium usque in cylindrum pilosiusculum connata, apice subulata divergentia. *Antherae* oblongo-lanceolatae incumbentes erectae versatiles.

PISTILLUM *Germen* oblongum tereti-triquetrum hirtum. *Stylus* profunde tripartitus subulatus, laciniis divergentibus. *Stigmata* obtusa pubescentia.

PERICARPIUM *Capsula* oblonga obtusa triquetra, pilis sparsis patentibus tecta, trilocularis trivalvis.

SEMINA subrotunda biserialia.

OBSERV. I. Colitur aestate sub dio, asservatur hyeme in tepedario. Floret aestate, autumno semina perficit. Propagatur seminibus.

OBSERV. II. Specimina sicca et in herbario asservata, chartam violaceo colore tingunt.

Tab. XCII.

Sisyrinchium tenuifolium.

F. Guimpel fec.

GEORGINA. *Sp. plan. ed. W.* 3. *p.* 2124.

SYNGENESIA *superflua.*

CHAR. GEN. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Calyx* duplex, exterior polyphyllus; interior monophyllus octopartitus.

GEORGINA *variabilis.*

GEORGINA caule nudo, foliis caulinis pinnatis.

Habitat in Mexico. 4

RADIX perennis e tuberibus fasciculatis composita.

CAULIS orgyalis et altior ramosus teres nudus, absque ulla pruina.

FOLIA radicalia impari-pinnata, pinnis inferioribus ternatis; caulina pinnata; summa simplicia.

FOLIOLA ovata grosse dentata acuta.

FLORES in apice caulis et ramorum longe pedunculati, solitarii vel geminati.

CALYX communis duplex.

exterior pentaphyllus, interiore brevior, foliolis oblongo-lanceolatis obtusis nervosis.

interior monophyllus ad basin fere usque octopartitus, laciniis oblongis conniventibus, post florescentiam elongatis arcte clausis.

COROLLA communis composita radiata, radio octo ad duodecimfloro femineo, disco elevato hermaphrodito.

COROLLAE *disci* tubulosae quinquedentatae.

COROLLAE *radii* oblongo-ovatae nervosae.

STAMINA hermaphroditi: *Filamenta* quinque filiformia. *Antherae* totidem in cylindrum quinquedentatum connatae.

PISTILLUM hermaphroditi: *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum patens.

PISTILLUM feminei floris ut in hermaphrodito.

PERICARPIUM nullum.

SEMINA oblonga basi angustata angulata. *Pappus* nullus.

RECEPTACULUM planum nudum.

OBSERV. I. Colitur aestate sub dio, asservatur hyeme in frigidario. Floret a fine

a fine Julii in Januarium usque. Propagatur divisione radicis et seminibus.

Observ. II. Radices sunt edules, coctae saporem haud ingratum habent.

Observ. III. Hujus speciei plures sunt varietates. Varietas prima hic depingitur nempe:

GEORGINA *variabilis purpurea.*

Georgina foliolis sessilibus, petiolo nudo, corollis radii atropurpureis.

Georgina *(purpurea)* rachi foliorum alata, foliolis ovatis acuminatis serratis, subtus nitidis glabris, calyce exteriore reflexo. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2124.

Caulis purpureus.

Folia atro-viridia, in venis subtus scabriuscula; caulina pinnata, foliolo terminali basi cuneato, lateralibus basi inaequalibus, superne attenuatis, inferne rotundatis.

Petiolus communis nudus, vel margine tenuissimo foliaceo cinctus.

Corollae radii atro-purpureae pulcherrimae.

Observ. I. Calyx exterior variat valde, est enim subadpressus, patulus et reflexus in una eademque planta.

Observ. II. Ex hujus seminibus saepius sequentem varietatem obtinui, immo radices varietatis purpureae altera aestate in diverso solo plantatae degenerant in sequentes varietates.

Tab. XCIII.

Georgina variabilis purpurea.

F. Guimpel fec.

GEORGINA. *Sp. plan. ed. W.* 3. *p.* 2124.

SYNGENESIA *superflua.*

CHAR. GEN. vide n. 93.

GEORGINA *variabilis lilacina.*

GEORGINA foliolis decurrentibus, petiolo alato, corollis radii lilacinis.

Georgina *(rosea)* rachi foliorum nuda, foliolis ovatis obtusiusculis obtuse serratis glabris, calyce exteriore patente. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2124.

Haec varietas dignoscitur facile pallidioribus foliis et florum colore.

FOLIA scabriuscula laete viridia, caulina pinnata, foliolum terminale basi cuneatum, lateralia basi superiore augustata, inferiore decurrente.

PETIOLUS communis alatus ob foliola decurrentia.

COROLLAE radii pallide lilacinae, apice saepius leviter obtuse tridentatae.

OBSERVATIO. Etiam hujus calyx exterior patens et reflexus occurrit. Cultura et florescentiae tempus ut in praecedente.

Tab. XCIV.

Georgina variabilis lilacina.

F. Guimpel fec:

GEORGINA. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2124.

SYNGENESIA *superflua.*

CHAR. GEN. vide n. 93.

GEORGINA *variabilis pallida.*

GEORGINA foliolis subdecurrentibus, petiolo marginato, corollis radii pallide purpureis.

Varietas foliis colore praecedentis sed angustioribus, corollis minoribus facile distinguenda.

FOLIA glabra nitida, caulina pinnata, foliola omnia basi cuneata oblonga, interdum fere lanceolata, superiora sessilia, inferiora fere petiolata et saepius ternata.

PETIOLUS communis margine tenui foliaceo cinctus.

CALYX exterior saepissime reflexus.

COROLLAE radii pallide purpureae, nunquam tam planae quam in praecedentibus varietatibus.

OBSERVATIO Floret parce et serius, seminaque rarius perficit. Cultura exacte praecedentium.

GEORGINA. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2124.

SYNGENESIA *superflua.*

CHAR. GEN. vide n. 93.

GEORGINA *coccinea.*

GEORGINA caule pruinoso, foliis caulinis biternatis.

Georgina rachi foliorum nuda, foliolis ovatis acuminatis serratis subtus scabriusculis, calyce exteriore patente. *Sp. pl. ed. W.* 3. *p.* 2124.

Habitat in Mexico. 2

RADIX perennis tuberosa fasciculata.

CAULIS orgyalis et ultra ramosus erectus lividus, pruina tenui obductus.

FOLIA radicalia supradecomposita, foliolis ovato-oblongis acuminatis grosse serratis scabriusculis, basi angustatis, petiolatis, subtus pallidis; caulina pinnata, foliolis inferioribus ternatis, vel biternatis, summa simpliciter pinnata vel ternata nunquam simplicia ut in praecedente specie.

FLORES terminales et alares longissime pedunculati.

CALYX duplex, exterior pentaphyllus, foliolis oblongo-lanceolatis patentibus et reflexis; interior profunde octopartitus, laciniis oblongo-lanceolatis aequalibus longitudine calycis exterioris.

COROLLA communis composita radiata, radio suboctofloro foemineo, disco elevato hermaphrodito.

COROLLAE *disci* flavae tubulosae quinquedentatae.

COROLLAE *radii* ligulatae laete coccineae oblongae patentes.

STAMINA praecedentis.

PISTILLUM SEMINA et RECEPTACULUM etiam praecedentis.

OBSERV. I. Colitur aestate sub dio, hyeme in frigidario, interdum sub dio hyeme perdurat. Floret a fine Julii ad Januarium usque. Semina rarius perficit. Propagatur radice.

OBSERV. II. Triplex nobis est varietas nempe.

α. *coccinea* corollis radii eleganter coccineis.

β. *crocea* corollis radii croceis apice plerumque incisis.

γ. *flava* corollis radii flavis.

Varietatis croceae et flavae corollae radii ad latus sunt depictae.

Tab. XCVI.

Georgina coccinea.

F. Vinimpel fec.

CENTAUREA. *Gen. plant. n.* 1331.

SYNGENESIA *frustranea.*

CHAR. ESSENT. vide sub. no. 26.

CENTAUREA *Fischeri.*

CENTAUREA calycibus serratis sphacelatis, squamis patulis, foliis oblongo-lanceolatis integerrimis villoso-pubescentibus, caulinis decurrentibus.

Habitat ad Caucasum. 4

RADIX ramosa perennis.

CAULIS sesquipedalis erectus ramosus sulcatus pubescens; ramis alternis remotis, in caulis parte superiore: simplicibus brevibus unifloris.

FOLIA utrinque pilis tenuibus brevissimis copiosis obsita et villoso-pubescentia. Radicalia semipedalia petiolata oblonga integerrima, apice obtusiuscula vel breviter acutiuscula, basi attenuata venosa. Caulina tri-vel quadripollicaria oblongo-lanceolata, sessilia, basi decurrentia, apice attenuata, integerrima.

FLORES solitarii terminales in apice caulis et ramorum.

CALYX communis turbinatus, squamis imbricatis ovatis obtusis viridibus, margine lato sphacelato cinctis, ciliisque albis serratis, patulis.

COROLLAE *disci,* tubuloso-clavatae quinquedentatae.

COROLLAE *radii* difformes elongatae numerosae patulae, quinquefidae, laciniis quatuor adsendentibus, quinta reflexa.

STAMINA florum disci *Filamenta* quinque subulata nivea corollae inserta *Antherae* totidem coeruleae in cylindrum angustum connatae.

PISTILLUM florum disci. *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis longitudine tubi autherarum. *Stigmata* duo subulata flava reflexo-patentia basi incrassata.

STAMINA et PISTILLUM in floribus radii deest, et germinis tantum rudimentum observatur.

SEMINA oblonga *Pappo* setoso sessili copioso coronata.

RECEPTACULUM planum setosum.

OBSERVATIO I. Colitur sub diu, propagatur facile seminibus.

OBSERVATIO II. Accedit ad Centauream montanam et axillarem, ab utraque flore specioso violaceo, nec coeruleo, primo intuitu discrepans. A

Cen-

Centaurea axillari foliis oblongo-lanceolatis, omnibus integerrimis, et floribus terminalibus; a Centaurea montana foliis latioribus molliter pubescentibus, radicalibus oblongis, abunde diversa.

Centaurea Fischeri.

F. Guimpel. fec:

XCVIII.

GORTERIA. *Gen. plant. n.* 1328.

SYNGENESIA *frustranea.*

CHAR. ESSENT. *Receptaculum* nudum. *Pappus* lanatus. *Corollae* radii ligulatae. *Calyx* monophyllus, squamis imbricatis tectus.

GORTERIA *heterophylla.*

GORTERIA foliis lanceolato-spathulatis, pinnatifidisque, subtus niveo-tomentosis, margine ciliatis, scapis unifloris adscendentibus.

Habitat ad Caput bonae spei. 4

RADIX perennis ramosa.

FOLIA radicalia pollicaria, vel sesquipollicaria, petiolo bipollicari basi dilatato, plano subfoliaceo suffulta; supra viridia glabra, subtus niveo-tomentosa, margine subrevoluta ciliata. Alia lanceolato-spathulata acuta integerrima; alia longiora pinnatifida, laciniis lanceolatis acutis integerrimis, terminali duplo majore.

SCAPI teretes, adscendentes, longitudine foliorum, uniflori, pubescentes.

CALYX communis monophyllus campanulatus, squamis lanceolatis obsitus, superioribus vel potius interioribus acuto-lanceolatis adpressis, inferioribus angusto-lanceolatis patentibus, omnibus margine ciliatis.

COROLLA communis radiata aurantio-flava patens.

COROLLAE *disci* tubulosae quinquedentatae flavae, dentibus acutis.

COROLLAE *radii* numerosae patentes ligulatae oblongae acutae aurantio-flavae, basi macula nigra in centro puncto albo lineisque duabus obsoletis albis instructa, eleganter pictae.

STAMINA florum disci. *Filamenta* quinque capillacea brevissima. *Antherae* quinque flavae in cylindrum connatae.

PISTILLUM florum disci. *Germen* oblongum inferum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo elongata filiformia.

STAMINA et PISTILLUM florum radii non adsunt, germinis et stylo modo rudimentum.

SEMINA perfecta nondum vidi.

RECEPTACULUM nudum planum.

OBSERVATIO I. Colitur in ollo, aestatem diu, hyemem in tepidario agit. Propagatur divisione radicis.

OBSERVATIO II. Gorteriae rigenti valde similis est, sed diversa: defectu caulis, et foliis minus coriaceis ciliatis.

Gorteria heterophylla.

F. Guimpel fec:

SCIRPUS *Gen. plant. n.* 94.

TRIANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Squamae* paleaceae undique imbricatae. *Corolla* nulla *Semen* unicum, vel nudum, vel setis e receptaculo ortis obvallatum.

SCIRPUS *atrovirens.*

SCIRPUS culmo triquetro folioso, umbella decomposita, spiculis globoso-capitatis ovato-oblongis, squamis mucronatis, involucro subtriphyllo umbella longiore *Willd. enum.* 79.

Habitat in Pensylvania. 2

RADIX ramosa perennis.

CULMI plures e radice, tri-vel quadripedales erecti, foliosi, obtuse triquetri, glabri.

FOLIA pedalia lineari-lanceolata striata glabra, margine scabra.

VAGINAE laxae breves glabrae, margine exteriore membranaceae.

UMBELLA composita vel decomposita, radiis primariis elongatis, tribus quatuorve tripollicaribus erecto-patentibus triquetris; radiis partialibus tribus quinisve.

INVOLUCRUM *universale* tri-vel tetraphyllum, foliis linearibus, maximo umbella longiore, reliquis sensim brevioribus.

INVOLUCRUM *partiale* diphyllum raro triphyllum breve, spiculis centralibus sessilibus obtectum, foliis subulatis margine scabris basi membranaceo-dilatatis.

SPICULAE ovato-oblongae numerosissimae, in capitulum globosum collectae, virides.

SQUAMAE oblongae acutae breviter mucronatae carinatae, undique imbricatae.

STAMINA *Filamenta* tria filiformia compressa. *Antherae* oblongae erectae.

PISTILLUM *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis staminibus brevior. *Stigmata* tria leviter pubescentia.

SEMEN unicum triquetrum valde compressum ovatum acutum, setis sex brevibus cinctum.

OBSERVATIO. Colitur sub diu loco humido, propagatur facile tam seminibus, quam divisione radicis.

Tab. XCIX.

Scirpus atrovirens.

F. Guimpel fec

C.

PROTEA *Gen. plant. n.* 143.

TETRANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. *Corolla* quadrifida seu tetrapetala. *Antherae* lineares insertae petalis infra apicem. *Calyx* proprius nullus. *Nux* monosperma supera.

PROTEA *polygaloides.*

PROTEA foliis lineari-subspathulatis ramisque glabris, capitulis obovatis, squamis obtusis sericeis, corollis externe pilosis.

Habitat ad Caput bonae spei. ♄

FRUTEX tripedalis, ramis proliferis teretibus glabris.

FOLIA alterna conferta erecta subadpressa, tres quatuorve lineas longa, linearia subspathulata obtusa glabra.

STROBILUS *terminalis* imbricatus, squamis ovatis dilatatis obtusis sericeis arcte imbricatis.

CALYX nullus.

COROLLA tetrapetala ochroleuca; petalis linearibus obtusis, basi in tubum conniventibus, apice patulis, externe pilis copiosis obsitis, interne glabris.

STAMINA *Filamenta* nulla. *Antherae* quatuor oblongae, qualibet sub apice petali inserta.

PISTILLUM *Germen* ovato-oblongum superum, pilis longis albis cinctum. *Stylus* filiformis superne parum crassior. *Stigma* truncatum.

FRUCTUM maturum non dedit.

OBSERVATIO I. Colitur in olla, aestatem sub diu, hyemem in tepedario agit; propagatur taleis.

OBSERVATIO II. Tabula jam insculpta in manus meas pervenit epitomen disserationis generum Proteacearum a Clariss. Brown in Actis Societatis Linneanae Londinensis volumine decimo evulgatae; qui genus Proteae divisit, et secundum hujus divisionem, erit nostra planta Leucadendri species, et forte ejus Leucadendrum angustatum.

EXPLICATIO TABULAE:

Ramus florens

a. *Strobilus florens parum auctus.*

b. *Flos auctus.*

c. *Pistillum auctum.*

Protea polygaloides.

E. Ewimpel. fec:

CI.

ACACIA *Sp. plant. ed. W.* 4. *p.* 1049.

POLYGAMIA *Monoecia.*

CHAR. ESSENT. *Hermaphroditus: Calyx* quinquedentatus. *Corolla* quinquefida vel pentapetala. *Stamina* 4 — 100. *Pistillum* unicum. *Legumen* bivalve.

Masculus: Calyx quinquedentatus. *Corolla* quinquefida seu pentapetala. *Stamina* 4 — 100.

ACACIA *glaucescens.*

ACACIA inermis, foliis oblongis subfalcatis trinerviis utrinque acutis glaucescentibus, spicis axillaribus.

Acacia (*glaucescens*) inermis, foliis lanceolatis subfalcatis basi attenuatis obtusis subtrinerviis glaucescentibus, spicis axillaribus *Sp. pl. ed. W.* 4. *p.* 1052.

Habitat in Nova Hollandia. ♄

FRUTEX in tepidariis nostris quadri-vel quinquepedalis, in patria sine dubio altior, ramis adultis teretibus, junioribus subangulatis glaucescentibus.

FOLIA alterna oblonga, brevissime petiolata, oblonga subfalcata, basi angustata, apice acuta, trinervia glaucescentia. Plantae junioris folia binervia et obtusiora.

SPICAE axillares pedunculatae cylindricae pollicares et longiores, valde approximatae.

CALYX flavescens brevissimus monophyllus quinquedentatus, dentibus obtusis.

COROLLA monopetala hypocrateriformis flava, limbo plano quinquefido, laciniis ovatis patentibus.

STAMINA *Filamenta* numerosa filiformia corolla longiora. *Antherae* subrotundae erectae.

PISTILLUM *Germen* oblongum superum. *Stylus* filiformis clavatus, staminibus longior. *Stigma* obtusum.

FRUCTUM nondum perficit.

OBSERVATIO. Hyeme in tepidario asservatur, floret ineunte vere cum Acacia verticillata, juniperina, floribunda, longifolia, falcata et aliis affinibus. Propagatur perquam difficile taleis.

EXPLI-

EXPLICATIO TABULAE:

Ramus florens.

Flos unicus auctus.

Acacia glaucescens.

SOLANUM. *Gen. plant. n.* 337.

PENTANDRIA *Monogynia.*

CHAR. ESSENT. vide supra sub no. 27.

SOLANUM *decurrens.*

SOLANUM caule fruticoso piloso aculeato, foliis pinnatifidis dentatis aculeatis, racemis intrafoliaceis elongatis, calycibus basi aculeatis.

Solanum (*decurrens*) caule erecto fruticoso aculeato, foliis pinnatifidis petiolatis, petiolo decurrente, floribus subumbellatis *Balbis ic. et descript.* 17. *t.* 1.

Habitat in insula Mauritii. ♄

CAULIS erectus fruticosus tripedalis, ramis teretibus lineis elevatis a petiolorum basi decurrente notatis, pilis albicantibus copiosis articulatis viscidis et aculeis flavis subulatis pungentibus obsitis.

FOLIA alterna petiolata pinnatifida, laciniis lanceolatis inaequaliter grosse dentatis, supra glabriuscula in costa media aculeis obsita, subtus in venis pilosa, aculeisque sparsis tecta.

PETIOLI semiteretes ut caulis pilosi et aculeati.

RACEMI intrafoliacei elongati pilis et aculeis tenuibus obtecti.

PEDUNCULI partiales pilosi nec aculeati.

CALYX monophyllus quinquepartitus, pilis sparsis et basi aculeis nonnullis instructus, laciniis lanceolatis.

COROLLA monopetala rotata quinquefida plana nivea, laciniis acutis.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia brevissima. *Antherae* lineares conniventes non cohaerentes.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Stylus* filiformis staminibus longior. *Stigma* obtusum.

PERICARPIUM *Bacca* bilocularis crocea, calyce persistenti cincta, magnitudine cerasi.

SEMINA reniformia compressa.

OBSERVATIO I. Aestate sub diu floret et fructificat, hyeme in tepidario asservatur. Propagatur facile seminibus.

OBSERVATIO II. Plantam jam aestate 1810 descripsi et Solanum mauritianum nominavi, sed eam ab amicissimo Balbis descriptam et depictam video,

videó, mutationes nominum abhorrens, denominationem ab illo datam assumpsi.

EXPLICATIO TABULAE:

Ramus florens

a Racemus cum fructibus maturis.

Solanum decurrens.

F. Guimpel fec.

ASCLEPIAS. *Gen. plant. n.* 429.

GYNANDRIA *Pentandria.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquefidus. *Corolla* pentapetala. *Nectar.* duplex; Corona genitalia obtegens et Cuculli quinque corniculum exserentes. *Folliculi* duo. *Semina* comosa.

ASCLEPIAS *parviflora.*

ASCLEPIAS foliis oppositis lanceolatis utrinque valde attenuatis glabris, caule suffruticoso erecto, umbellis axillaribus solitariis multriadiatis.

Asclepias (*parviflora*) foliis lanceolatis acuminatis glabris oppositis, basi attenuatis, caule suffruticoso erecto, umbellis lateralibus solitariis *Sp. pl. ed. W.* 1. *p.* 1267.

Habitat in Carolina, Florida. ♄

CAULIS sesquipedalis et altior fruticosus erectus teres glaber.

FOLIA opposita quadripollicaria, medio pollicem lata, lanceolata utrinque valde attenuata, apice tenuissime acuminata, pallide viridia glabra venosa.

PETIOLI semipollicares et longiores canaliculati glabri.

FLORES umbellati albi, umbellis axillaribus pedunculo bipollicari tereti glabro suffultis, multiradiati, radiis circiter 20 — 36.

INVOLUCRUM umbellae polyphyllum, foliolis subulatis reflexis caducis.

CALYX monophyllus quinquepartitus coloratus, laciniis linearibus.

COROLLA pentapetala, petalis ovatis albis reflexis.

NECTARIUM duplex: exterius *Cuculli* quinque pedicellati albi oblique truncati corniculum album subulatum incurvatum exserentes.

Corona pentaphyllum, foliis albis ovato-oblongis apice rotundatis stigmati adpressis, marginibus replicatis.

STAMINA *Filamenta* quinque tuberculiformia stigmati adhaerentia. *Antherae* loculis discretis distantibus oblongis dependentibus.

PISTILLUM *Germina* duo oblonga. *Styli* duo breves. *Stigma* magnum pentagonum.

PERICARPIUM *Folliculi* duo oblongi uniloculares longitudinaliter dehiscentes polyspermi.

SEMINA ovata compressa, apice comosa, imbricata receptaculo inserta.

OBSERVATIO I. Colitur in olla, aestatem sub diu, hyemem in tepidario agit. Propagatur seminibus et divisione radicis.

OBSER-

Observatio II. Illustriss. Eques de Jacquin in opusculo aureo de genitalibus Asclepiadearum bene demonstravit, hoc genus et affinia ad classem Gynandriam pertinere, quibus assentior; sed antheras tantum quinque nec decem video, cum loculi discreti et distincti sint, ac in Orchideis.

Observatio III. Similis A. niveae, quae tamen differt: foliis oblongo-lanceolatis, umbellis pauciradiatis, radiis tantum octo vel duodecim, involucris subnullis, floribus duplo majoribus, petalis viridibus.

Asclepias parviflora.

F. Guimpel fec.

ASCLEPIAS. *Gen. plant. n.* 429.

GYNANDRIA *Pentandria.*

CHAR. ESSENT. vide no. 103.

ASCLEPIAS *angustifolia.*

ASCLEPIAS foliis oppositis linearibus utrinque acutis glabris patentibus, caule suffruticoso erecto, umbellis axillaribus solitariis.

Habitat in Mexico? ♄

CAULIS sesquipedalis teres erectus fruticosus glaber.

FOLIA bi-vel tripollicaria, opposita, breve petiolata linearia basi et apice acuta, patentia, utrinque glabra obsolete venosa.

FLORES albo-rubicundi umbellati, umbellis axillaribus pedunculo pollicari tereti suffultis, circiter quindecim-radiatis.

INVOLUCRUM umbellae polyphyllum, foliolis subulatis reflexis deciduis.

PARTES FLORIS ut in praecedente sed paulo majores.

OBSERVATIO. Colitur in olla, aestatem sub diu, hyemem in tepidario agit. Propagatur seminibus et radicis divisione.

Tab. CIV.

Asclepias angustifolia

F. Guimpel fec.

SIDERITIS. *Gen. plant. n.* 969.

DIDYNAMIA *Gymnospermia.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquefidus. *Corolla* ringens: labio superiore bifido seu emarginato, inferiore tripartito. *Stamina* intra tubum corollae. *Stigma* brevius involvens alterum.

SIDERITIS *candicans.*

SIDERITIS fruticosa tomentosa, foliis ovato-lanceolatis subcordatis subcrenatis petiolatis, junioribus utrinque tomentosis, adultis glabriusculis, labio corollae superiore retuso brevissimo. *Willd. enum* 605.

Sideritis fruticosa tomentosa, foliis ovato-lanceolatis cordatis apice attenuatis subtus niveis, verticillis suboctofloris remotis *Aiton Kew.* 2. *p.* 289.

Habitat in Madera. ♄

CAULIS tripedalis fruticosus ramosus erectus teres, denso tomento albo obductus.

FOLIA opposita petiolata, juniora ovato-lanceolata basi levissime cordata crenata densissimo tomento utrinque, praesertim subtus, tecta, adulta et floralia ovato-lanceolata, apice attenuata, basi vix cordata plerumque parum angustata, fere integerrima, utrinque viridia subtus in venis tomento tenui obducta.

PETIOLI pollicares semiteretes tomentosi.

FLORES verticillato-spicati, verticillis inferioribus distantibus, superioribus confertis multifloris, inferioribus saepius octo-ad decemfloris summis octofloris, intermediis quindecim-ad vigintifloris. Omnes verticilli foliis ovato-lanceolatis integerrimis tomentosis apicem versus sensim minoribus sunt suffulti.

CALYX campanulatus monophyllus obsolete tetragonus quinquedentatus, dentibus brevissimis ovatis obtusis, externe denso tomento obductus.

COROLLA monopetala bilabiata ex albido flavescens. *Tubus* calyce parum longior. *Labium superius* brevissimum subrotundo-ovatum retusum rectum, margine fusco rubro circumdatum; *Labium inferius* tripartitum, laciniis subrotundo-ovatis aequalibus brevissimis rubro-fuscis.

STAMINA *Filamenta* quatuor didynamia subulata tubo corollae inserta. *Antherae* reniformes fuscae incumbentes albo-marginatae.

PISTIL-

Pistillum *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum.
Semina quatuor nuda in fundo calycis.
Observatio. Colitur in frigidario, floret a Junio mense usque in finem anni. Propagatur facile taleis et seminibus.

Sideritis candicans

F. Guimpel fec.

SIDERITIS. *Gen. plant. n.* 969.

DYDINAMIA *Gymnospermia.*

CHAR. ESSENT. vide no. 105.

SIDERITIS *cretica.*

SIDERITIS fruticosa tomentosa foliis cordato-oblongis obtusis crenatis petiolatis, utrinque tomentosis, labio corollae superiore ovato integerrimo. *Willd. enum.* 605.

Sideritis fruticosa tomentosa, foliis cordato-oblongis obtusis petiolatis, ramis divaricatis, spicis verticillatis *Sp.pl. ed. W.* 3. *p.* 64.

Habitat in Creta. ♄

CAULIS fruticosus ramosus erectus tripedalis, ramis teretiusculis tomentosis, in seniori planta divaricatis.

FOLIA opposita petiolata pollicaria vel sesquipollicaria oblonga obtusa cordata obtuse crenata utrinque tomentosa, supra albo-viridia, subtus nivea.

PETIOLI pollicares semiteretes canaliculati tomentosi.

FLORES verticillato-spicati, verticillis inferioribus distantibus superioribus confertis multifloris, summis saepius octofloris, reliquis quatuordecimfloris. Folia floratia oblongo-lanceolata sub quolibet verticillo superiore sensim minora. Spica haec verticillata est terminalis et ad utrumque latus ramulus oritur, inde in dichotomia oriri videtur.

CALYX monophyllus campanulatus quinquedentatus externe tomentosus, dentibus brevibus aequalibus ovatis acutiusculis.

COROLLA monopetala bilabiata alba *Tubus* calyce parum longior. *Labium superius* ovatum obtusum breve indivisum adscendens. *Labium inferius* superiore longius trifidum lacinia media longiore.

STAMINA *Filamenta* quatuor subulata tubo corollae inserta didynamia. *Antherae* fuscae reniformes.

PISTILLUM *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum.

SEMINA quatuor nuda in fundo calycis.

OBSERVATIO I. Colitur in frigidario. Floret a Junio in finemque usque Decembris. Propagatur taleis et seminibus.

OBSERVATIO II. Valde affinis S. candicanti, sed foliis semper tomentosis omni-

omnibus crenatis, corolla alba nec rubro-fusco marginata, labiis distinctis, superiore integerrimo, laciniisque inferioris inaequalibus diversissima. Margines corollae cito marcescunt, sed initio albae sunt.

Sideritis cretica.

CHAEROPHYLLUM. *Gen. plant. n.* 490.

PENTANDRIA *Digynia.*

CHAR. ESSENT. *Involucrum* reflexum concavum. *Petala* inflexo-cordata. *Fructus* oblongus laevis.

CHAEROPHYLLUM *maculatum.*

CHAEROPHYLLUM seminibus laevibus, caule tereti inferne maculato, retrorsum hispido, foliis inferioribus pubescentibus.

Chaerophyllum sylvestre *Bieberst. taurico-caucas.* 1. *p.* 231.

Habitat in Caucaso. 2

RADIX ramosa perennis.

CAULIS quadripedalis erectus ramosus, teres; inferne pilis numerosis albicantibus reflexis obsitus, maculisque sanguineis sparsis pictus; superne teres levissime striatus glaber.

FOLIA supradecomposita triplicato-pinnata, inferiora albido-pubescentia, superiora glabra, et in costa media subtus tantum pilis raris obsita.

FOLIOLA lanceolata pinnatifida, laciniis inferioribus profundioribus, omnia inaequaliter acute et grosse serrata.

UMBELLA composita multiradiata.

INVOLUCRUM *universale* nullum vel foliolum parvum lanceolatum unum alterumve.

INVOLUCRUM *partiale* octo-vel decaphyllum, foliolis lanceolatis apice subulato-acuminatis, margine ciliatis, reflexis persistentibus.

CALYX margo obsoletus.

COROLLA pentapetala alba, petalis ovatis acuminatis, acumine inflexo.

STAMINA *Filamenta* quinque filiformia corolla longiora. *Antherae* ovatae erectae.

PISTILLUM *Germen* oblongum inferum. *Styli* duo subulati brevissimi reflexi. *Stigmata* simplicia.

SEMINA duo lineari-oblonga hinc convexa inde plana, stylis persistentibus coronata.

OBSERVATIO I. Colitur sub diu. Propagatur radicis divisione et seminibus.

OBSERVATIO II. Simillimum Chaerophyllo sylvestri, sed abunde diversum: caule non sulcato, geniculis infimis retrorsum hispidis. A Chaerophyllo bulboso distinctum: foliorum forma et radice perenni ramosa.

EXPLI-

Explicatio Tabulae:

Apex caulis florens.
inferior caulis pars.
a flos lente auctus.

Chaerophyllum maculatum.

CVIII.

TRIFOLIUM. *Gen. plant. n.* 1211.

DIADELPHIA *Decandria.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* tubulosus quinquedentatus. *Corolla* persistens. *Carina* adpressa. *Legumen* oligospermum evalve calyce tectum.

TRIFOLIUM *suaveolens.*

TRIFOLIUM capitulis subrotundis, corollis resupinatis, calycibus fructiferis inflatis reticulatis hispidis dentibus setaceis, caule erecto laxo.

Habitat in Persia, et colitur copiose in hortis Persarum, ob florum fragrantiam. ⊙

CAULIS sesqui-vel bipedalis erectus laxus debilis teres striatus, ramosus.

FOLIA alterna longe petiolata ternata.

FOLIOLA obovata acutiuscula acute serrata subsessilia glabra.

STIPULAE ovato-lanceolatae membranaceae petiolo adnatae.

FLORES capitati elegantissime rubri et odore suavissimo praediti.

CALYX monophyllus membranaceus persistens, quinquedentatus, dentibus duobus superioribus setaceis; tribus inferioribus ovata lanceolatis cuspidatis.

CALYX *fructiferus* inflatus membranaceus diaphanus ovatus reticulatus pilis raris hispidus, dentibus duobus subulatis patulis.

COROLLA papilionacea resupinata. *Vexillum* lanceolatum obtusum. *Alae* duplo breviores oblongae obtusae. *Carina* alarum fere longitudine oblonga obtusa.

STAMINA *Filamenta* diadelpha generis.

PISTILLUM *Germen* ovatum superum. *Stylus* adscendens. *Stigma* simplex.

PERICARPIUM *Legumen* ovatum acutum ventricosum evalve dispermum.

SEMINA oblongo-reniformia.

OBSERVATIO I. Colitur sub diu, et propagatur quotannis seminibus.

OBSERVATIO II. A Trifolio resupinato satis diversum: caule erecto flexuoso laxo, foliorum forma, florum colore et fragrantia, denique calycibus fructiferis reticulatis hispidis.

Trifolium suaveolens.

F. Guimpel. fec: